D

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

START

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part of this film may be reproduced without written permission from St. Louis University.

KP 23007

VTL_04588_01_0001.jpg

VTL_04588_01_0002.jpg

Pascasius de corpore xpi.

Incipiunt uersus Pascasij Diaconi de corpore, et san-
guine Dni.

Regis adire sacrae quiuis solenia missae.
Almificum xpi. corpus contingere uotis
Delicias uesci roseum potare cruorem
Bachica nostra uelim puero, quae missimus olim
Et mucos casto condas in pectore flores
Rustica forte animo sordent, sz mella manabunt
Hic tantum calamus xpi. de fonte ministrat
Vnde sitim possis flammasq; extinguere mortis.
Si libeat digne sectari iussa tonantis
Libertas etenim fidei, nuq; abnegat ulli
Eximios uitae fructus de cespite carnis
Vita salus, pax, lux, sapientia deniq; cunctis
Inde manat caeli semper sub cardine quadro
Tu quoq; muneribus, si dignus uixeris istis
Accipies palmam regni uirtute beatus.

Epla eius.

Petri Damiani de Die Iuditij Epla.
Feliciter incipit.

Dilectissimo Fratri Adae. Petrus peccator
monachus humilis in Dno. salutem. Quid
me frater charme. quid ante mundi crea-
tionem fuerit, quid post iudicium, de mun-
do futurum sit discutis. tu quid religiose, et
prudenter agis, uerum me ad incognita per-
trahis, et quae nec dum didici docere compel-
lis. Queris plane quod nescio, exigis quod in-
gnoro. Nam, et Isaias ait. Priora annuncia-
te mihi, et nouissima quae futura sunt, et dicam
quia Dij estis, aperte uolens exprimere, ne-
minem posse, quid ante mundum fuerit, uel
post eum futurum sit, enarrare. Fructuosum est

VTL_04588_01_0003.jpg

tn̄ inquiri, licet res absoluti nequeat explicari.
Humana quippe mens huiusmodi naturę est,
ut à cogitationibus uacare non possit. aut n.
se exeret in ferijs, aut delectatur in uanis, et
donec utilia meditatur, ab inconquientium cogita=
tionum irruptione defenditur. Nec prauitas habet
sussurrandi locum, ubi mens utilibus rebus inten=
ta, strictum tenet cum sobria cogitatione con=
silium. Igitur operę pretium est, et satis utile, co=
gitare quam breue sit spatium transitorij temporis,
ad comparationem eius iugiter permanentis. Nam
si conferre illud uolumus in mensa magnitudinis
spacium, quo Deus extitit, ante mundi huius origi=
nem, illud quoq; quo eiusdem mundi perman=
surus est, cum hoc tantillo tempore quod est

ab=

ab initio mundi usq; ad finem mundi, minor
est hac comparatio, q̄ si pugillum aquę in mare
proicias, uel si mensuram cubiti cū toto terrarum
spacio conferre contendas. Nam, et immensitas
maris, et spatium terrę finita sunt, sicut, et
pugillus aquę, et uelut mensura cubiti q̄uis
illa maiora, ista sint, incomparabiliter minima.
Ideoq; facilius comparari pnt. finita finitis, q̄
ea quę finem habent, ijs quę nullo pnt. fine con=
cludi. Nam quia Deus est alpha, et ω principiū,
et finis, sicut sine initio semper extitit, ita fi=
nem habere non poterit. Mundus autem iste ab=
ipso suę creationis exordio, nec dum septem millia
annorum implesse cognoscitur, et quis sciat quam
breue futurum sit temporis spacium, usq; quo

Deus iudicaturus est mundum? quomodo ergo
comparari potest septem milia, et decem milia
annorum, interminabili diuinitatis essentiæ,
quæ nec originem potuit habere, nec finem.
Cum hæc igitur, et huiusmodi peruigil meditatione,
discutimus, dum hæc suppliciter in cogitatione
uersamus, non paruus nræ mentis profictus
acquiritur, quia dum meditatur æterna, li=
quido conspicit, quæ despicienda sit tpoalia.
Dum ergo mens rationalis hæc cogitat additur, et
ut semet ipsum, non cum tpre transituram. sed sine
fine uicturam esse perpendat. Considerat itaque se
huiusmodi esse naturæ, ut necessario, aut perpetuis
potiatur præmijs, aut supplicijs crucietur æternis.
Hæc itaque sedula meditatione discutere, sed, et

Diem

Diem Iuditij solicite præcauere, non paruus est fruc=
tus. In quo vs. die cui semel successerit, ultra nõ
corruet, et cui se res in sinistrum uertit, de cæte=
ro non consurget. Quod itaque de die Iuditij quæris,
et antichristo lege librum beati Agustini de ciui=
tate Dei, et expositionem sancti Hieronimi in Da=
niele, propheta quoque cũ consetarijs suis, in quibus
utique sufficientem tibi notitiam huius materiæ
poteris inuenire: sicut enim, et autentica prius
scriptura designat, et postmodum superueniens
expositorum stillus, elucidat, tribus annis, et semis
ante xps regnabit, et interfectis ab eo, Enoch, et
Elia, ipsum antixpm, et maximam membrorum
eius partem, Michael Arcangelus interficiet. Cui
non est contrarium, quod per apostolum dicitur,
quia Dns Iesus xps. interficiet illum spu oris

sui, et destruet illustratione aduentus sui. Nam
siue perse siue per angelicum xps. eum perimat
ministerium, ab eo potissimum pestis iniqua-
destruitur, cuius uirtute ac potentia superatur.
Enimuerò sicut a doctoribus traditur in monte
oliueti in papilione, ac solio suo eum dns perimet,
in illo vz. loco, contra quem uidentibus aplis.
in cælum uictor ascendit. Unde ysaias ait.
præcipitauit dns. in sancto monte faciem do=
minatoris tenebrarum, et eum qui dominatur
cunctis populis. De quo per Danielem dicitur.
Sermonem contra excelsum loquetur, et sanctos
altissimi conteret, et putabit quod possit mu=
tare tpra. et leges, et tradentur in manu eius,
usq; ad tempus, et tempora, et dimidium tempus.

Unde

Unde colligitur anti xpm tribus annis, et dimi=
dium tps regnaturum. Tempus enim annus
est, tempora duo anni sunt. Tribus igitur an=
nis, et dimidio regnaturus, diem diuini furoris.
est gladio perimendus, ut, et Tyrranus omni=
modis pereat, et uero regi creatura se uniuersa
prosternat. Unde, et idem Daniel. Iudicium quip=
pe sedebit, ut auferatur potentia, et conteratur, et
dispereat usq; in finem. Regnum autem, et pote=
stas, et magnitudo regni quæ est subter omne
cælum; detur populo sanctorum altissimi, cuius
est regnum sempiternum, et omnes gentes serui=
ent ei, atq; obedient. Porrò p. mortem anti=
xpi. xlv. dies erunt ressidui, usq; ad aduentu
xpi, in quibus persequutio cessabit, et magna pax

VTL_04588_01_0006.jpg

ac tranquillitas est, ut intra huius temporis spa=
cium, et iusti quiq; si quid persecutionis articulo
titubauerant penitentiam agant. et ministri dia=
boli, in corporis atq; desidiae securitate dissoluantur.
sicut in diebus, Noe plantabunt, et edificabunt,
celebrabunt conuiuia et contrahent matrimo=
nia. eiusq; studio friuole natiuitatis intentis
subito perueniet interitus. quia autem quaeris,
utrum prius hic mundus ardeat, et post iudicium
fiat euidenti maiorum sententia diffinitum
est: iudicium procedere, et sic mundi conflagi=
tionem subsequi. Peracto quippe iudicio, repente
ignis erumpens tantum aeris spatium occupabit,
quantum aqua dum chatachismus inuaderet ascen=
dit. qui vs ignis ardebat terram, et crassitudi=
nem aeris, et sic purgabit electos. sed quae de die
Iuditij

Iuditij in epla: quam ad Blancam scripsimus contissa.
testimonia scripturarum non nulla congessimus,
tanta quoq; eiusdem thematis apud exposi=
tores sacri eloquij, ut intra epla compendium
nequeat coartari, ad eorum te exuberantia flu=
enta dirigimus, et omissis arentibus riuulis,
de fontibus Israelitae bibere suademus. Illud tn.
quod de xv. signis totidem dierum diem Iu=
ditij praecedentium, beatum Hieronimum
referre didicimus, hic eisdem uerbis inserere,
non superfluum iudicamus. quibus profecto
uerbis sicut n. auctoritatis rubor ascribimus,
ita nec fidem penitus denegamus. Res ergo
sicut ad nos peruenit huius stillo se simpliciter
inserat, ut antiquis etiam hebreorum populis

qui diuini iuditij terror increuerat; ex eorum paginis innotescat.

Signum inquit primi diei, maria omnia in altitudinem exaltabuntur, quindecim cubitorum supra montes excelsos orbis terrę, non affluentia, sed sicut muri equora stabunt.

Signum secundum diei, Omnia equora prosternentur in unum profundi, ita ut uix queant humanis obtutibus conspici.

Signum tertij diei. Maria omnia redigentur in antiquum statuum, qualiter ab exordio creata fuerant.

Signum quarti diei. Belluae omnes, et omnia quae mouentur in aquis marinis congregabunt super pellagus more contentionis inuicem mugientes, et rugientes, nescientq; homines quid

cantent

cantent, uel quid cogitent, sed tm scit Deus cui oia uiuunt officio gerendi. Haec quatuor signa pellagi sunt, et tria sequentia signa aeris, et heris sunt.

Signum v. diei, Omnia uolatilia caeli concionabunt in campis, unumq;q; genus in ordine suo eedem uolucres inuicem colloquentes, et plorantes erunt, non questantes neq; bibentes, aduentum iudicis timentes.

Signum sexti diei. flumina ignea ab occasu solis, surgent contra faciem firmamentis, usq; ad ortum curentia.

Signum septimi diei, Erantia sydera, et statonaria; spargent ex se igneas comas qualiter in cometis apparet, super orbem et eius habitatores.

Signum octaui diei, Terremotus erit magnus, ita nullus homo stare possit, aut nullum animal, sed solo sternetur omnia.

VTL_04588_01_0008.jpg

Signum noni diei. omnes lapides tam parui q̃ magni scindentur in quatuor partes, et unaq̃ q̃ pars collidet alteram partem nesciet q̃ ullus homo sonum illum nisi solus Deus.

Signum x. diei omnia lingna siluarum, et olera herbarum, sanguineum fluent rorem.

Signum xi. diei omnes montes et colles, et omnia edifitia humanæ arte constructa in puluerem redigentur.

Signum xij. diei omnia animalia terræ de=siluis, et montibus uenient ad campos rugetia, et mugentia, non gustantia, et non bibentia.

Signum xiij. diei, omnia ab ortu solis sepulcra, usq̃ ad occasum patebunt cadaueribus sur=gentibus, usq̃ ad horam sepulcri.

Signum xiiij. diei omne humanum genus, qui inuentum fuerit de habitaculis, et de locis in

quibus

quibus erunt uelociter abscendent, non intelli=gentes, neq̃ loquentes sed decurrent ut amẽtes.

Signum xv. diei. Viui hoĩes morientur, ut resurgat cum mortuis longe ante defunctis.

Explicit de Die Iuditij.

VTL_04588_01_0009.jpg

Epistola eiusdem

Dilectissimo filio, et uice presidenti Christi magistro
monasticæ disciplinæ, alternis successibus ue-
tutis condiscipulo R. Placido, Noui igitur, nec am-
bigo tuam experimento disciplinarum solertiam, et
quod Arsinius noster, quem nostra nunc nobis
secula Hieremiam alterum tulerunt, olim in fi-
dei te mihi commisit rationem propter quod à pri-
meuo indefessus curaui te rapere de interundas.
Sed fateor tibi magis mi lotam patris supra uerti-
cem profuisse, qua deniq; subuectus tuite gratu-
lor euasisse, mei quoq; iocundor non in uacuum
cucurrisse. Præfatus autem pater iustitiæ fauen-
tibus moris est, exilium fert profide, illo ut utatur
comito quia plenus rimarum ueritatem sciens scil-
lere noluit, Unde suspecti adhuc sumus, quid Dei
dispensatio ex eo ulterius uelit, quem iam inspici-
mus promissionibus meritorum hinc inde diuinitus

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

VTL_04588_01_0010.jpg

accitare, tu tamen non es secutus iuuenilia, ut assolent,
desideria, qui diuinis inuiti premuntur disciplinarum
compedibus, sed radicitus fide xpi. ultioneris mori=
bus, et uita quotidie ad meliora, Dno iuuante, proficis.
Neque ut frequenter tibi obieceram super glaciem scri=
bens ad solem posui, sed in soliditate fidei, et charitate
xpi; interius solidante spu semina uitę seui. Vnde
uotorum o filij. censura fidei, et dilectionis gratia etiam
intermundi turbines, presertim dum noster suis
discordiarum anfractibus pene labitur orbis effusa
super magnatos contemptione imperij diuino ar=
bitrio, quorum litę multum diuque concussus tandem oc=
cultam, quę a principio per partes hinc inde concre=
uerant delictorum, habenis undique concupiscentiarum
refussis iam sua sumos feriunt fulgura montes ita ut
nihil nostras nisi confusio undique per singula horarum

spatia

spatia repercutiat aures, tamen non supersedi te
unicum ac specialem, quin diuinis dumtaxat quoque
uis clausus in custodia curarem accuere uotis,
et ad immortalia eternorum licet sermone ineli=
mato, pulsum a lacte annuis angoribus ut gli=
scas felicius inuitarem, quod ideo placuit comuni=
us stillo temperare subulco, et eaque de sacramen=
to dominici corporis, et sanguinis tibi exigis
necessaria, quę tui pretextantur amore, ita tenus
perstringere, ut ceteri, quos nec dum unda libe=
ralium attigerat litterarum uitę pabulum, et salutis
haustum planitis caperent ad medelam, et nobis
operis prestantior exuberaret fructus mercedis
pro sudore, quia uerbi sicuti plenius nosti, quatos
repleuerit suis sumptibus auditores tantis copiosiques
in se amplificatur meritorum opibus. Ideo uelim ut
non puerili animo ista perlegas uerborum ad alia

ductus pretiosorum amore, sed sic sedeas ad hanc
mensulam paupertatis, ac si ad ferculum salo=
monis: Ambiunt ergo cum electorum sexaginta
fortes fortissimis supernorum, ubi si quis super=
ciliosus, aut immundus, vel indignus accesserit
usque, eorum tutus loquor presidio ista non absque pe=
riculo contemni, quam unius cuiusque ensis super
femur vibrat, tam ut talium retundat audaciam
quam ut Regis excubias custodiant contra hostes.
Qui, et si minus est in eloquio, nihil prestantius
in materia, qua digne credentibus vita prestatur.
incorruptibilis, et eterna hinc ergo ne putes filij
me fabulam de Maronis salsura contexere, imo
crede post la infantie nihil magis cavendum,
quam ne in eis offendas, nihil felicius si ad ea gustu
intelligibili pertingas, que si recte sapias quotiens
libet

libet recumbis inter angelorum frequentiam, et sanc=
torum omnium epulas, quia convivium est regis eterni
admisceris ubi sponsus, et sponsa dulcibus deliciarum
fruuntur muneribus, et rex totius creature quotidie
ingreditur, ut videat discumbentis, si vestem in qua
renati sunt habent nuptialem: Unde quia carissime
talia periculosius est presumere, opesque deliciarum
Christi fedare vita criminibus, et que sunt sancta
impudenter attingere velim ad hec caveas una
cum iniqua gerentibus non introire, imo lava in=
ter innocentes manus tuas, quia iam sacris es of=
fitijs mancipatus, ut sine periculo possis accedere
ad commissa, et cum fiducia contingere vite pa=
scua; quibus sane refectus, et usque ad finem vite
digne enutritus, valeas pervenire ad locum taber=
naculi admirabilis usque ad domum Dei, in voce
exultationis, et confessionis ubi sonus est epulantis.

VTL_04588_01_0012.jpg

Heli ergo parvipendere tantam gratiam, sed ex hoc
exiguę lectionis intellige quanta sit virtus, vitá
eternam in presentiarum accipere, et angelicis escis
quotidie saginari, cum et si Deo plena sunt oia
nos quoque coram oculis divinę maiestatis semper
versamus, et perfidis, ubique tutus nullus est locus,
tamen plurimum coram sanctis altaribus frequen=
tiam angelorum vultumque Dei contemplantem,
divina oportet observare, et vereri. Hęc autem
ut securius tua perlegat infantia placuit cha=
rissime catholicos ecclę doctores in principio anno=
tare ex quibus pauca de pluribus quasi lac teneri=
tudinis eliquaverim, Cyprianum. sb. Ambrosium,
ysidorum, Hylarium, Augustinum, Joannem Hiero=
nimum, Gregorium, ysicium, et Bedam quorum doctri=
na, et fide imbutus melius possis ad altiora proficere,

nostro

nostro quidem stillo nunc sensum eorum comendas,
nunc vero propriis eorum verbis utens, quę apta erat
meo studio temperavi, interdum autem, quę ma=
nifesta non dubia videbantur, vera ratione fir=
mavi, et contra quęque in huius libri margine litte=
ras doctorum quos premisi, ex initio nominis è
regione figere curavi pp quod lege securus, et
perfice quę monui devotus

× addatur Rabbotus
Rabbotus.

Incipit testus Pascasij de corpore, et san=
gune Dni nri Jesu xpi: et p° quod non
sit xpi comunionem verum corpus
et sanguinem eius esse dubitandum.

Cap. p^m.

Quisquis catholicorum recte Deum cuncta creasse
de nichilo corde credit ad iustitiam, et ore confitetur,

ad salutem, nūq̄ dubitare poterit, ex aliquo aliquid rursus fieri posse, quasi contra naturam aliud imo iure naturę, quod nec dum erat. Nam natura omnium creaturarum, non ex se est, neq̄ ex se se creat rursum omnia quę sunt per se nascentia, sed voluntate Dei, omnium rerum natura condita est. Propterea si recte quisq̄ sapit, non naturam causam dicit esse rerum, sed omnium naturarum ex natura sui generis, de nascentium voluntatem Dei esse confitetur porro voluntas Dei, tam efficax est, et omnipotens, ut eius velle solum fieri sit, Ac per hoc voluisse illum fecisse est, unde nimirum omnium rerum, et naturarum causa sola voluntas Dei iure creditur, ideoq̄ quotiens libet in seculo videtur quasi contra naturam aliquid evenire quodammodo non contra naturam est, quia potissimū

rerum

rerum natura creaturarum hoc habet eximium, ut a quo est semper eius obtemperet iussis ut sicut velle Dei eius profecto est esse ita quoq̄ quicquid eam rursus Dei virtus esse decreverit, iure aut crescendo augeatur, aut nascendo in aliud oīo. quod non erat prętermisso naturę ordine convertatur rectissime confitemur; aut decrescendo licet pro nostris meritis diminuatur, aut mutando in aliud oīo. quod non erat prętermisso naturę ordine convertatur, Dei voluntatem esse rectissime confitemur. Hinc ergo pulcre a quodā poetarum nostrorum dictum est, subditur omnis imperijs natura tuis, rituq̄ soluto; transit in adversas iussu dominante figuras, omnem extra potentiam Dei nihil est, idcirco omnia potest, neq̄ enim si condidit omnium artifex Deus rerum naturas, ut suum velle ab eis auferret, quia omnium creaturarum subsistentia in eadem Dei voluntate sub

sistit, et uirtute, à qua causam habet non solum ut sub=
sistat quicquid est, sed etiam ut sic sit, sicut, ipsa
Dei uoluntas decreuerit quæ causa est omnium cre=
aturarum, alioquin nec subsisteret ulla creaturarum
existentia, nisi in eius uoluntate, a quo totius eius
esse manat, et ideo natura creaturæ quotiens muta=
tur, aut augetur, uel subtrahitur, non ab illo esse de=
uertitur in quo est, quia sic est, et sic fit ut ille de=
cernit in quo est, Patet igitur quod nihil extra
uel contra Dei uoluntatem potest, sed cedunt illi
omnia, et ideo nullus moueatur de hoc corpore
Christi, et sanguine, quod in misterio uera sit caro,
et uerus sit sanguis, dum ille sic uoluit qui cre=
auit, omnia enim quæcunque uoluit Dnus, fecit
in cælo, et in terra, et quia uoluit, licet figura panis,
et uini hæc maneat omnino nihil aliud quam caro

Christi

Christi, et sanguis post consecrationem credenda sunt,
Unde ipsa ueritas ad discipulos, hæc inquit, caro mea
est pro mundi uita, et ut mirabilius loquar, non alia
plane quam quæ nata est de Maria, et passa in cruce,
et resurrexit de sepulcro, hæc inquam ipsa est, et
ideo xpi est caro, quæ adhuc hodie pro mundi uita
offertur. et cum digne percipitur uita utique eterna
in nobis reparatur, quod si minus alicui, quod di=
cimus credibile uidetur, attendat uniuersa ueteris
ac noui testamenti miracula quæ contra naturæ or=
dinem, ob fidei firmitatem à Deo gesta sunt, et ui
debit luce clarius, quod Deo nihil impossibile sit,
dum omnium esse Dei uoluntas est, et quicquid
uoluerit Deus, hoc singula fiunt. At uero si quis
ista non credit, si uidisset xpum in cruce in specie
serui, quomodo Deum illum intelligeret, nisi per fidem
prius credidisset? Ita et in hoc corpore ubi species

alia mostratur, quando carmen xpi uideat, nisi per
fidem uera eius credatur? Cogitet ergo si mare ru=
brum olim habuit naturam deuidendi se, ut po=
pulus per medium sicco uestigio transiret, aut si=
habuit omnis illa Egyptiorum aqua ex se licet per
Moisem uim conuertendi se in sanguinem, aut in uo=
luntate Dei fuit, ut impios permulceret ad fidem, et
mostraret in specie coloris eius quod ois doctrina
eorum, et morum aspersio uersa esset in sanguinem?
Deinde in Euangelio si aqua per hausta de fonte
habuit potentiam se in uini demutandi sapore,
et ut de in numeris pauca commemorem, unde
habuit ille ignis Babilonius ubi tres pueri missi=
sunt per naturam ne calerent, an in uoluntate
Dei fuit ut fieret tanquam spiritus roris flantis
ut refrigerium magis quam incendium presentaret
scis? Cogitet ergo quisquis in heremo quinque aut
septem

septem si habuerint substantialiter ex se ut tot homines
saciarent, et deinde, tot sportulas replerent an in gra
Dei fuit, quod factum est creantis omnia? Minuendo
enim multiplicantur, nec non et Maria uirgo habuit
ut uirgo pareret sine coitu Deum an in uirtute Dei?
et ut apertius dicam, caro nra uel animalium nunquid
non terra? Imo terra, quia dictum est, terra es,
et in terram ibis. Quamuis ergo terra uera sit caro,
licet corruptibilis sit, que si seruauerit iura legis=
et precepta mandatorum Dei, uestietur adhuc immor=
talitate per ista que exponimus etiam quamuis
caro, tamen incorruptibilis erit, que uelim diligen=
ter attendas o homo et tu per omnia que cuique natu=
raliter uidentur esse, uel que contra naturam facta
leguntur, ab initio creature enucleatius obsecro
considera, utrum ex se se in sua natura fiant singu=
la que augentur, aut minuuntur, aut demutantur

VTL_04588_01_0016.jpg

in aliud quam non erat utrum per ordinem sui iuris
ut sint mirabilia, aut certe quod magis facebere,
et illa quę sunt quasi naturalia, et ista quoq; qua=
si contra naturam ueniunt prorsus omnia in Dei
uoluntate esse, et in sapientia, singula pro utilitate
rationabilium procreari, et ideo causam omnium
existentium uoluntatem Dei recte fatimur.
Nec immerito, q̃m eius uoluisse fecisse fuit, Vnde
q̃m ita est quotiens cunq; aliquid ex aliquo fit,
uirtute uoluntatis eius fit, et in sapientia eius
qualiter fiat preparatur. Neq; igitur uolũtas
sine uirtute, uirtus, et sapientia est, Ideo quicquid
uult, ita fit ut uult, et in nullo fallitur: quia in sa=
pientia sua oĩa uult immo ipsa sapientia eius
uoluntas est, et ppa: nihil mali nihil quod non
possit uult. Vnde quia sic uoluit ut caro eius

esset

esset hoc ministerium, et sanguis in nullo dubites si
Deum credis sed ueram fidem habeas in animo quod
hęc est caro illa, quę oblata est pro mundi uita,
quam qui digne cõmederit mortem non uidebit
in ęternum. Nihil enim xp̃us ecclesię suę maius
aliquid in misterio reliquit q̃ hoc baptismiq; sa=
cramentum, nec non, et scripturas sanctas, in
quibus omnibus sp̃us sanctus, qui pignus to=
tius eccl̃ę est; interius mistica salutis nr̃ę,
ad immortalitatem operatur. Sed in his deniq;
nihil incredulis mirabile credentibus uero ni=
hil melius, nihil mirabilius, nihilq; locupletiq;
in hoc seculo prebetur; Non ut mirabilia uisui
pateant oculorum, sed in fide, et in intellectu diuinis
misterijs, et in eisdem eternitas mortalibus, et partici=
patio xp̃i in unitate corporis concedatur, hac igitur
de causa longe ab omnibus quę facta sunt a seculo

miraculis distat hoc misterium, quia illa oia ideo
facta sunt, ut hoc unum credatur quod Christus est
ueritas, Veritas autem Deus est, et si ueritas Deus
est, quicquid dnus xpus promisit in hoc misterio,
utiq; uerum est, et ideo uera xpi est caro, et san=
guis, quam qui manducat digne habebit uitam
eternam in se manentem. Sed uisu corporeo, et
gustu non demutantur, quatenus fides exerce=
atur ad iustitiam, et ob meritum fidei merces
iustitie consequat. Alia namq; xpi miracula
hoc unum passionis confirmat sacramentum
et ideo non ob miraculum ista mutantur ex=
terius in speciem, sed interius ut fides cōpleat.
in spu uerissime confitentur, ut quia iustus ex=
fide uiuit, habeat iustitiam fidei in misterio, et
per fidem, uitam in se suscipiat manētem, qua

securior

securior adhuc mortalis immortalitate pastus quam
totius ad immortalia festinet, ubi non pedibus sed
fide cum bonis operibus peruenitur. Constat igitur
modis omnibus quod sicut in paradiso lignum uitae
fuit, ex quo uigis subsisteret status hominis, si mā=
data seruasset, et immortalitas, ita prouisum est in
ecclā. hoc misterium salutis, non quod eidem ligno
hoc esset in natura, sed re uisibili uirtus inuisibilis
intrinsecus operabatur, Ita siquidem, et in hoc com=
munionis sacramento uisibili, uirtus diuina ad im=
mortalitatem sua inuisibili potentia, quasi ex=
fructu ligni paradisi, nos et gustu sapientie susten=
tat, et uirtute, quatenus per hoc immortales in aīa
quam diu ex hoc digne sumimus, demum in meli=
us transpositi ad immortalia feramur, Ad hoc
ergo uerbum caro factum est, et habitauit in nobis,
ut per Deum uerbum carnem factum, caro proficeret

VTL_04588_01_0018.jpg

in Deum uerbum. Quę nimirum caro uerbi, fit esca
in hoc misterio cibusq; fidelium dum uere cre=
dit esse caro pro mundi uita. Neq; aliud aliquid
quam caro corporis xpi. ex qua xps. manet in
nobis, ut et nos per eam transformemur in illu,
qui nihil aliud factus est q; Deus caro digna=
tione sua ut habitaret in nobis, si ergo habitat in
nobis, et nos membra sumus corporis eius manea=
mus in illo iustum est, quia in illo sumus, ut ex eo
uiuamus, et ideo carne uerbi uescimur, et potamur
sanguine. Hęc est in quam firmitas fidei nrę, hęc
unitas, et uitę communicatio, Vbi si naturę ordo
requiritur, succumbit ratio, et tn. manet ex
humanę rationem facti ueritas, ut in ratione
fidei, uis deitatis, et potestas efficax modis
omnibus credatur, q a dubietas mentis licet binę

uitę

uitę sit, qui accipit excludit eum ne ad huius
sacramenti intelligentiam pertingat. |

Quod hoc misterium xpi. nullus fidelium de=
beat ignorare.

Sacramentum Dnici Corporis ac sanguinis quod
quotidie in Eccla. celebratur, nemo fidelium
debet ignorare, nemo nescire, quid ad fidem
quidue ad scientiam in eo pertineat, quia nec
fides in misterio sine scientia recte defendit,
nec scientia sine fide, quę nedum capit queq;
ut percipiat enutritur ac per hoc tanti sacrame=
ti uirtus inuestiganda est, et disciplinę xpi.
fides erudienda, nè forte censeamur ex eo in=
digni saltem si non satis discernimus illud nec
intelligimus misticum xpi. corpus, et sanguis,
quanta polleat dignitate, quantaq; premineat
uirtute, et discernatur à corporeo gustu, ut

prestantius sit omni sacrificio ueteris testamenti.
Hoc sane si quis ignorat, non discernit, et ideo ti=
mendum ne per ignorantiam quod nobis prouisum
est ad medelam fiat accipientibus in ruinam;
Unde Dnus in Leuitico, qui comederit de sacri=
ficatis inquit per ignorantiam addat quin=
tam partem cum eo quod comedit, et dabit
sacerdoti in santuario nec contaminabis mor=
tificata filiorum israel que offerunt Dno. ne
forte sustineant iniquitatem dilecti sui, cum
sanctificata comederint, et addidit. Ego Dns.
qui sanctifico uos, ac deinde sancta sanctorum sunt.
Ubi profecto misterium corporis xpi. et sangui=
nis designatur, ex quo non habet potestatem
edendi non solum omnis alienigena inglinus
et

et mercenarius, uerum nec qui per ignorantiam
tanti misterij obcecatur. Per ignorantiam aut illud
percipit, qui uirtutem eius, et dignitatem atque
circustantiam ipsius sacramenti penitus ignorat,
qui nescit uere, quod corpus, et sanguis sit Dni
secundum ueritatem, licet in sacramento ac=
cipiatur per fidem. Hic quidem misterium ac=
cipit, sed nescit misterij uirtutem. Unde nunc
Salamon, immo per eum spiritus diuinus iubet
Cum sederis ad mensam potentis, ut comedas, cum
principe diligenter attende, que apponuntur
ante te quam talia oportet te preparare. i. mor=
tificatione xpi in corpore circumferendo predi=
care quotidie, diligenter ergo intelligare, et spi=
ritu alia sacramenta palato mentis, et gustu
fidei digne percipere, quasi legaliter quintam
partem ad ea que prius per ignorantiam come=

derat superadere est, dum diuina intelligibiliter
interior homo noster per grām xpi. excipit, et
per eam uirtute fidei xpo. concorporatur, alio=
quin quomodo lex iuberet, ad ea quę comederat
aliquis per ignorantiam, quātam superadere
partem, cum iam non superesset, quibus ulte=
rius addi posset quippiam? Homo enim super=
aditur illi rei quę iam non est, sed ei utiq; quę
hactenus est. Vnde bene septuaginta super ipsū
addi quintam partem iubent. quinta igitur pars
illius, tunc recte a nobis superaditur ei, quod prius
per ignorantiam accipiebatur, si quinq; sensus cor=
poris, intus ad intelligibilia spiritaliter conuertātur.
Quia si recte sapimus, uel recte percipimus, diui=
nus spus. qui in nobis est, etiam et per eandem
gratiam ampliatur, eosdemq; sensus nr̄os, ad ea
percipienda

percipienda instruit, et componit. Ita sane, ut nō
solum gustum interius ad mistica perducat uerū,
et uisum, atq; auditum, nec non odoratum, et
tacitum, ita tenus illustre quodammodo, ut nihil
in eis nisi diuina sentiantur, nihilq; nisi cælestia.
Terribile satis est, quod cōmunicatur. unde bñe
dicitur, addat quintam partem super eum, uel
sicut alij codices hnt. cum eo, et dabit sacerdoti,
qui aduertat omnem significationem mistici
sacrificij, et efficaciam, quomodo sensibilis, res
uirtute Dei per uerbum xpi in carnem ipsius, et
sanguinem diuinitus transferatur, uel quali=
ter per hec communicantes, ad spiritualia nu=
triantur; siquidem xpo. qui uerus et summus
sacerdos est, catholice totum tribuere oportet,
totūq; eius uirtuti annotare, atq; ipsius poten=
tię

tię deputare. Nempè quia ipse liberat ab omni
ignorantia, et remouet uos à carnalibus huius uitę
illecebris, Nec itaq; sinit terrenum aliquid, aut
uile suspicari, sed mistica, et spiritualia in his sa=
pere, ita ut nri corporis sensus ad ea interius sa=
crificanda auidius transferantur, si qmodo
dicere possit, preminentior pars hominis, cor meu,
et caro mea exultauerunt in Deum uiuum, rectè
igitur in Deum uiuum totus exultat homo qa
licet ab hominibus xpi caro, et sanguis quot=
tidiè comendatur, ipse tn agnus uiuus, et in=
teger permanet. Non enim moritur, mors illi
si ultrà non dominabitur; sed tamen in miste=
rio quottidie uera citer imolatur in ablutionē
delictorum comeditur. Vnde ilico, in eadem sententia
legis, infertur. Ego Dns qui sanctifico eos. sanc=
tificat

sanctificat autem eos, qui per hęc competenter
ad Deum sanctificantem tendunt, et cum deuotio=
ne modo quo oportet ea percipiunt qui santifi=
cationis causa, et non contaminationis renatis in
xpo ista proposuit; alioquin portabit iniquitatē
delicti sui, ut lex ait, qui santificata contaminaue=
rit comedens per ignorantiam, uel indigne
appetens ea ex contemptu. Hinc ergo oportet
erudiri eos qui percipiunt uitę sacramēta
ne forte si quis desidiose salutaria ignorat fidei
rudimenta, et ipse a Dno penitus ignoretur.

Quid sint sacramēta, uel quar dicatur;

Sacramentum igitur est quicquid in aliqua
celebratione diuina nobis quasi pignus sa=
lutis traditur, cum res gesta uisibilis longe aliud
inuisibile intus operatur, quod sancte accipiendū
sit, Vnde, et sacramenta dicuntur, aut à secreto

eo quod in re uisibili diuinitas intus aliquid ultra
secretius efficit per speciem corporalem, aut à con=
secratione santificationis quia spiritus sanc=
tus manens in corpore xpi. latente[illegible] hęc om=
nia sanctorum mistica sub tegumento uisibi=
lium, pro salute fidelium operatur, magis autē
uis diuina ex hoc mentes credentium ad in
uisibilia instruit, quam si uisibiliter ea monstraret,
quę interius prestant ad effectum salutis.
Per fidem enim ambulamus, et non per speciem.
sunt autem sacramenta xpi. in Ecclesia Bap=
tismus, et Chrisma, corpus quoque Dni. et sanguis.
quae ab hoc sacramenta uocantur, quia sub eorum
specie uisibili quę uidetur secretius uirtute
diuina caro consecratur, ut hoc sit interius in
inuecitate quod exterius creditur in uirtute

fidei

fidei. Est et sacramentum iuris in quo post elec=
tionem partium, iurat unusquisque quod suo pacto
decreuerit. Unde sacramentum dicitur, quod se=
cretius fides inuisibilis per consecrationem in=
uocationis Dei, uel alicui sacri teneatur ex eo quod
foris uisu, uel auditu, uox iurantis sentitur.
Fit ergo et xpi. natiuitas, atque omnis illa humanitatis
dispensatio magnum quoddam sacramentum quod
in homine uisibili, diuina maiestas intus ob consecra=
tionem nostram, ea quae fiebant secretius potestate sua
inuisibiliter operabatur. Unde misterium uel sacramē=
tum quod Deus homo factus est, iure dicitur, sed mi=
sterium grecum est, eo quod secretam et reconditam in=
se habeat dispensationem. Est autem, et sacramentū
in scripturis diuinis, ubicumque sacer spiritus in eisdem
interius aliquid efficaciter loquendo operatur, sed
sacramento scripturarum erudiendo diuinitus in=
trorsus pascimur, et pascendo ad operationem, et disciplinam

xpi erudiemur sacramento uero natiuitatis et hu=
manitatis eius, et nos redimimur ad ueniam, et
scripturę aperiuntur ad intelligentiam, et uia
per eum nobis mostratur, et potestas largitur,
ut in adoptionem filiorum, ex seruitute eran=
seamus, Porrò Baptismi sacramento, intrandi
ad eandem adoptionem, ostium credentibus
panditur, ut deinceps in membris xpi per ean=
dem renascentiam liberati à malo unum corpus
efficiamur, In quo nimirum Baptismo, et dein=
ceps spiritus sanctus in animam renascentis
difunditur, ut uniuersa xpi Ecclesia uno
spiritu percepto uiuificetur, et corpus unum effi=
ciatur; Quia sicut omnia membra corporis nri.
una uiuificantur, et reguntur anima, ut ex=
compage membrorum unum corpus fiat, ita to=
ius Ecclesiæ membra uno sancto reguntur, et
uiuificantur

uiuificantur spiritu, uti unum corpus xpi efficiatur.
Quia si quis spiritum xpi non habet, hic non est,
eius, sicut nemo igitur dubitat, quod unus quisq;
nostrum, utero matris adhuc clausus accipiat,
licet occulte animam, ut sit homo in animam
uiuentem ita interdum ut mater nesciat, quando per
eam in illum priusq; exeat, uita ingrediatur, sic planè
nemo dubitare debet, q in aluo Baptismi priusq;
infans à fonte surgat, spiritus sanctus in eum qui
renascitur adueniat, et si non uideatur, quia non=
minus est diuina uirtus prouida, et prestabilis ad
regenerationem sacræ adoptionis q; fuit prius
in natiuitate carnis, ut uiuificaret sata hominis
membra licet concepta sint ex delicto; qua de re,
fit non dubium nobis argumentum quod Deus scru=
tator omnium, et prestabilis, semper proficua dio=
spenset gratia nè quod disposuit immutetur.
Si inter materna interdum stupra, et maternis
criminis flagitia ex libidine, sata uiuificat

hominis membra q̃ tomagis ubiq̃ presens spiritus
sanctus, qui replet orbem terrarum se offert, ut om=
nibus per fidem renascentibus, se promptus ingerat,
quatenus per eum membra xp̃i unum sentiant et
ex omnibus unum corpus fiat. cæterum sacramẽto
corporis, et sanguinis tantumdem in uia pascimur,
et potamur, ut ex eo nutriti unum efficiamur,
quo nimirum uegetati gustu, ad immortalia, et
eterna præparemur quatenus spiritaliter iam an=
gelica gratia saginati, in eo uiuificemur. operatur
enim nobis in his omnibus spiritus diuinus, sacra=
mentis, siquidem in scripturis sanctis corda nr̃a.
illustrat, quia neq̃ qui plantat est aliquid, neq̃
qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hinc
sanè Iezechiel ait, quia spiritus uitæ erat in
Rotis et Ioannes, qui habet inquit aures audiat,
quid spiritus dicat in Ecclesijs. Cæterum in xp̃o.
idem cooperatur spiritus, quia conceptus de ipso,
et Maria Virgine creditur, similiter quoq̃ et

in

in Baptismo per aquam omnes ex illo regeneramur,
deinde uirtute ipsius xp̃i corpore quottidie pasci=
mur. et potamur sanguine: Vnde non est mirum
si spiritus sanctus, qui hominem xp̃m in utero
uirginis sine semine creauit, etiam si ipse pa=
nis, et uini substantiam, carnem xp̃i et san=
guinem, inuisibili potentia, quottidie, per sa=
cramenti sui sanctificationem operatur, qua=
uis nec uisu exterius, nec gustu saporis com=
prehendatur, sed quia spiritualia sunt, fide,
et intellectu procerto, sicut ueritas prædixit
plenissimè sumuntur.

Vtrum sub figura an in ueritate hoc
misticum calicis fiat sacramẽtũ.

Quod in ueritate, corpus, et sanguis fiat consecratio=
ne misterij, nemo qui uerbis diuinis credit, dubitat.
Vnde ueritas ait. Caro mea uerè est cibus, et sanguis
meus uerè est potus. et ut discipulis, non rectè intel=
ligentibus de qua diceret carne, uel de quo sanguinẽ
manifestans ĩsinuat q̃ manducat carnẽ meã ĩq̃t, et bibit sãguinẽ

meum, in me manet, et ego in illo. Ergo si uerè est cibus,
et uera caro, et si uerè est potus, utiq; et uerus sanguis
alioquin quomodo uerum, quod dicit panis quem ego
dabo, caro mea est, pro mundi uita, nisi uera sit caro?
Utiq; et panis qui de coelo descendit uerus panis, sed
quia xpum uorari dentibus fas non est, uoluit in mi=
sterio hunc panem, et uinum uerè carnem suam, et
sanguinem consecratione spiritus sancti poten=
tialiter creari, creando uerò cottidiè pro mundi
uita, mistice immolari: Ut sicut de Virgine
per spiritum sanctum uera caro sinè coitu crea=
tur, ita per eundem, ex substantia panis, et uini,
mistice idem xpi corpus consecretur, et sanguis.
De qua uidelicet carne, ac sanguine, amen, amen
inquit dico uobis, nisi manducaueritis carnem
filij hominis, et biberitis eius sanguinem, non
habebitis uitam eternam in uobis. Ubi profecto

non

non aliam quam ueram carnem dicit, et uerum
sanguinem licet mistice. unde quia misticum
est sacramentum, nec figuram illud negare pos=
sumus. Sed si figura est querendum quomodo
ueritas esse possit, omnis enim figura alicuius
rei, figura est, et semper ad aliud refertur, ut
sit res uera, cuius figura est. Nam figuras ue=
teris testamenti, umbras fuisse nemo, qui sacras
litteras legit, dubitat. Hoc mysterium, aut ueri=
tas est, aut figura, et per hoc umbra est. Aut certè
querendum hoc totum: utrum ueritas dici queat,
sine fulsitatis umbra, quamuis misterium humoi res
appellari debeat. Sed figura uidetur esse, dum fran=
git; [illegible] in spe; uisibili, aliud intelligitur, quam quod
uisu carnis, et gustu sentitur, dumq; sanguis in ca=
lice simul cum aqua miscetur: Porrò illud fidei

VTL_04588_01_0026.jpg

sacramentum iure ueritas appellatur. Veritas
ergo dum corpus xpi., et sanguis in uirtute spus.
in uerbo ipsius expanis uiniq; substantia efficit,
figura uero dum sacerdos quasi aliud exterius ge=
rens; ob recordationem sacræ passionis ad aram
uenit; et quod semel gestum est, quottidie im=
molatur agnus. Sed si ueraciter inspicimus, uerè
simul ueritas, et figura dicitur, ut sit figura uel
caracter ueritatis, quod exterius sentitur. Veri=
tas uerò, quicquid de hoc misterio interius recte
intelligitur, aut creditur! Non enim omnis fi=
gura umbra uel falsitas; unde Paulus de unico
filio ad hebreos loquens ait. Qui cum sit splendor
gloriæ, et figura sustantiæ eius, portansq; omnia
uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens.
Quibus profectò uerbis, duas in xpo substantias
declarat! et utrasq; ueras. Nam cum dicit, qui
cum sit splendor gloriæ diuinitatis diuinitatem

consubstantialem

consubstantialem, prædicat, cum uero figura uel=
caracter substantiæ eius humanitatis designat
naturam. Ubi corporaliter plenitudo inhabitat
diuinitatis, et tn. in utroq; unus, et uerus Deus xps.
catholicæ cōmendatur. Unde unam rem sumit
ad demostrationem duarum substantiarum, quam
figuram substantiæ, et caracterem nominauit,
quia sicut per caracteres uel figuras litterarum in=
fantia nrā prius pertingit gradatim ex uno rec:
ad lectionem, deinde ad spuales scripturarum sensus,
et intelligentiam, sic ex humanitate xpi. ad di=
uinitatem pris peruenitur, et ideo uerè figura
uel caracter substantiæ illius uocatur. Quid
enim aliud sunt figuræ litterarum quam ca=
racteres earumdem, ut per eas, uis, et ptas. ac=
spiritus prolatio oculis demonstraretur. Sic itaq;
formatur uerbum caro, ut per carnem nrā in=
fantia ad diuinitatis intelligentiam nutriat.

verum tn̄ neq̄ caracteres litterarum falsitas,
neq̄ aliud quam litteræ, neq̄ xp̄us, homo, fal=
sitas dici potest, neq̄ aliud q̄ Deus, licet figura
uel caracter substantiæ diuinitatis uerè
dicatur. quia nostram infantiam per se ad
spiritalia intelligenda, interius prouehit, et
sensibus nostris ut ea quæ in illo sunt capi=
amus uisibilem ostendit, sed quia illum se=
cundum carnem cœlos opportuit penetrare,
ut per fidem illuc in illo renati, confidentius
sequi appeterent reliquit nobis hoc sacramentum
uisibilem figuram, et caracterem carnis, et sangui=
nis, ut per hæc mens nostra, et caro nr̄a ad inui=
sibilia, et spiritalia capesenda per fidem uberius
nutriatur. Est autem figura uel caracter hoc,
quod exterius sentit, sed totum ueritas, et nulla
adumbratio, quod intrinsecus percipitur. Ac per=
hoc nihil aliud hinc inde q̄ ueritas, et sacramentum,

ipsius

apperitur

ipsius carnis apperiatur. Vera utiq̄ caro xp̄i, quæ
cruci fixa est, et sepulta, uerum illius carnis sacra=
mentum, quod per sacerdotem super altare in uerbo
xp̄i. per sp̄um sanctum diuinitatis consecratur.
Vnde ipse dn̄s clamat, hoc est corpus meum, et
nè mireris homo neq̄ requiras naturæ ordinem,
si carnem illam uerè credis de Maria uirgine
in utero sine semine p̄tate spiritus sancti crea=
tam, ut uerbum caro fieret, uere crede, et hoc quod
conficitur in uerbo xp̄i. per spiritum sanctum corpus
ipsius esse ex uirgine. Vbi si rationem queris,
quis explicare poterit? aut uerbis comprehendere?
Imo scias quæso quia ratio in uirtute xp̄i. est, sci=
entia in fide, causa in potestate, effectus uero in uo=
luntate; quod potentia diuinitatis contra na=
turam, uel contra nr̄æ rationis capacitatem, effi=
caciter operatur. Idcirco habeatur scientia in
doctrina salutis, teneatur fides in misterio ueritatis,

VTL_04588_01_0028.jpg

Qm in his omnibus per fidem ambulamus, et nō per speciem.

Quid sit inter imolationes veterum, figurasq; legalium, et inter sacramentum Dominici corporis, et sanguinis

Immolationem illam agni, figuram esse passionis xpi, et nrā cōmunionis, recte nullus fidelium ignorat, sed quātum sit inter illud et hoc sacramentum, seu inter cibum qui de cælo descendit, nec non, et aquam quæ de petra fluxit, atq; inter illud spiritale, ac diuinum cōmercium querendum arbitror, præsertim cum beatus apls. clamet, q omnes patres nostri, eandem escam spiritalem manducauerunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Vnde si eandem perceperant escam, et eundem potum, quid necesse fuit, immutare? quod ipsum erat aut dare quasi aliud, si nihil amplius est? ex quo fatendū, sit eadem fuisse, quam nunc percipimus escam

eūdemq;

eundemq; potum, sicut escam fuisse, eūdemq; potum quam nunc percipimus, sicut eandem fuisse petrā de qua manarunt aquæ ubi xps Apostolo teste prædicatur. Eadem quippe fuit esca, quia manna spiritaliter percipientibus typus fuit, escæ corporis xpi, et aqua illa quæ de petra fluxerat, potus, et figura sanguis. Siquidem in designatione idem, in ademplitione veritatis, quia quod tunc adumbrabit in præfiguratione futurorum, imago veritatis, et umbra corporis, atq; exemplaria erant, nunc autē misterium implete veritatis, et facta est eucharistiā ex ressurectione caro xpi. quæ prius per agnum, vel per eandem ē, cælestis escam figurabatur af futura. De hoc verò pane Dauit cecinit in prouerbijs. Panem angelorum manducauit homo. Alioquin esca illa licet de cælo venerit, et potus

quia corporeus erat, angelis non congruebat, sed=
utiq; panis et potus, qui per hoc presagabatur xpus
ergo, est cibus angelorum, et sacramentum hoc verè
caro ipsius, et sanguis, quam spiritalitaliter man=
ducat, et bibit homo, quia totum spiritale est et
diuinum in eo, quod percipit homo, Patet igitur quod
Agnus ille legalis, et manna, et omnia huiuscemodi,
quae figuram gesserunt, carnis et sanguis xpi;
quod passus semel in Pasca, et cottidie super al=
tare manè, et vespere immolabat, non nisi fi=
guram istius habuerit misterij; et si qua in his
virtus sacrandi latuit totum, ex ista grâ fide
qua fruimur, praefulsit; quam profecto illi per
haec quasi promissam suspirantes, participabatur
tantumdem per fidem, et de figuris sacramentum
veritatis intelligebant, Nos verò patribus longè
hanc gratiam repromissam, iam suscepimus, et
susceptam veneramur, Venerantes aut ex ipsa
pascimur

pascimur, et potamur, non figuris quidem legalium
enigmatum adumbratam, sed his detectis, et euacuatis
sola veritate fruimur, et veram carnem xpi ac
sanguinem in misterio summimus, unde saluator,
caro mea inquit verè est cibus, et sanguis meus
verè est potus, hanc qui manducat carnem, et hunc
bibit sanguinem habet vitam eternam caeterum Vnus
ad Iudeos, patres vestri inquit manducauerunt mana
in deserto, et mortui sunt, Nunquid, et nos qui ista
comedimus, temporaliter non morimur, sicut et illi!
Moriemur utiq; sed non sicut illi in anima, quia
carnaliter manducantes, mortui sunt, in aeternu,
nos autem, dum in eo nihil carnale sapimus, immo
spiritales, totum spiritaliter intelligentes in xpo
manemus; Idcirco de his qui rectè percipiunt cla=
mat ipse, qui manducat hunc panem viuet in=
eternum. Non n. à nobis propter hanc vitam nè
moriamur temporaliter, sed propter eterna caro

xpi; et sanguis sumitur spiritaliter. Ad quam ni=
mirum uitam nec illi sunt ingressi, qui prius di=
gne in figura ista percipiebant, donec uenire
gratia, nobis, et illis pariter repromissa. Unde patet
quia multum interest, quis eadem esca, idemque
potus ab apostolo praedicetur, quia idem nec dum erat
in re, sed in spe ac figura, ubi ueritatis promissio in=
erat. De qua spiritalis intelligentiam, atque fidei
sacramenta, illis licet futura impartiebantur, ita
nec illis deesset in spiritu, quod iam saepe po=
tarent, nec nobis quod de ipsis recolendo ad fidei
firmitatem, et uitam percipiendam, copiosius pro=
ficiat, nos tamen, et illos spiritalis perceptio uiuificat,
quia bibebant illi de spiritali consequente eos petra,
significans, quod xps post eos uenturus esset. bibimus
et nos quoque spiritaliter ac comedimus spiritalem xpi.
carnem in qua [illegible] esse creditur. Alioquin sapere
secundum carnem mors est, et tamen ueram xpi carnem, et
spiritaliter percipere uita aeterna. Quid sit

Quid sit autem ad uitam percipere corpus et sanguinem xpi

Hoc sane xps exponit, qui manducat inquit meam carnem,
et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. Hoc
est ergo illius manducare carnem, et sanguinem
libere, si in xpo maneat: et xps in illo, qui percipit
digne ut manere possit. Ille igitur in xpo manet,
qui renatus ex aqua, et spu; nullo mortali crimine
reus tenetur, et xpus in eo, qui apperuit illi ianua fidei
spu sancto consecrante: et membrum est in eius
corpore, et templum est sps santi: quia si quis xpi
spm non habet, hic non est eius. qui autem eius non
est, uere nec in illo, nec in corpore eius esse potest,
et qui non manet, neque uita sps uiuit in corpore. In=
illo utique nec xps est nec in xpo esse potest, quia
omnino xps uita est. Hic autem mortali crimine
reus a uita longe alienatur. Hinc quoque quod ait,
qui manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum in me manet, et ego in eo. Alioquin nisi prius

in me maneat, et ego in eo: carnem meam manducare
non potest: neq; sanguinem bibere: et quid est quod
manducant homines? Ecce omnes indifferenter
quam sepe sacramenta altaris percipiunt. Percipiunt,
plane. sed alius xpi. carnem spiritaliter man=
ducat, et sanguinem bibit, alius vero non quamvis
bucellam de manu sacerdotis videatur percipere;
et quid accipit? cum una sit consecratio si corpus,
et sanguinem xpi. non accipit? vere quia reus ac=
cipit indigne, sicut ait Aplus. Iudicium sibi man=
ducat, et bibit, non probans se prius, ne diiudicans corpus
dni. Ecce quid manducat peccator, et quid bibit, non
utiq; sibi carnem utiliter, et sanguinem, sed iudiciu,
licet videatur cu cateris sacrum altaris percipere et
quare? quia non se probat, nec iudicat corpus Dni.
Cogitat enim in fidelis digna, et sancta quod possit
indignus accipere, non aliud quidem attendens,
nisi quod videt, neq; intelligens, nisi quod ore sentit.

Nequaq;

Nequaq; igitur credit aut intelligit, quale vel
quantum iudicium sumit. Nempe quia simul om=
nes ex uno edere visibiliter cernit, nec si aliqua
sit virtus ultra in eo satis ex fide sapit. Propter
quod illi virtus sacramenti subtrahitur, et in eode
ob presumptionem iudiciu reatus duplicatur. Unde
Aplus probet se prius homo, et sic de pane illo edat,
et de calice bibat. Quibus duobus servatis, videat
utrum digne accipere possit. Vz ut diiudicet cor=
pus Dni. quid est quantuq; sacramentu, qualisq;
virtus sacramenti, quia divinum ac spirituale est.
Deinde semetipsum probet utrum in corpore xpi.
vel si xps. in eo maneat, alioquin nisi, et illud
spiritaliter iudicet, et semetipsum ad percipien=
dum idoneum probet, Iudicium sibi manducat, qa
bono male utitur, unde non illud ad vitam, sed
in eo iudicium ad penam sumit.

Quibus modis dicatur corpus xpi.

Tribus sane modis in scripturis sacris corpus xpi.
appellat! Profecto quia generalis xpi. Eccla.
corpus eius est, ubi xps. caput, et omnes ecc.ae membra
dicunt, ex quibus unum colligitur, quotidie corpus
in virum perfectum, et mensuram plenitudinis xpi.
Corpus aut xpi. sponsa vz Dei iure Eccla. dicitur.
iux illud quod Apostolus ait erunt duo in
carne una. Hoc inquit sacramentu magnu est,
in xpo, et in Eccla. Quod si xps. et Eccla. in carne
una sunt, utiq, et unum corpus, unum caput spo=
sus, singuli autem electe alter alterius membra,
ex quibus vz. quisquis sollit membrum xpi et facit
membrum meretricis aut certe per quodlibet gra=
ue delictum membrum Diaboli, hic profecto iam
non est in corpore xpi: quia factus est alterius
membrum. Idcirco non licet ei edere de hoc mi=
stico corpore xpi. Quod sane corpus ut vera caro

sit

sit xpi, pro mundi vita, quotidie per spm sanctu
consecratur, ex qua non habent potestatem eder
qui ex adverso sunt. Vescuntur aut ex eo condi=
gne, qui sunt in corpore xpi. ut solum corpus il=
lius dum est in via, ipsius carne reficiatur, et discat
nihil aliud esurire q xpum nihil sitire q Christu,
nihil aliud sapere q xpum, non aliunde vivere,
non aliud esse, quam corpus xpi. Caeterum illud cor=
pus q natum est de Maria Virgine in q istud trans=
fertur, quod pependit in Cruce, sepultum est in
sepulcro, Resurrexit a mortuis, penetravit caelos,
et nunc Pontifex factus in aeternum, cottidie interpel=
lat pro nobis. Ad quem si recte comunicamus, mente
dirigimus, ut ex ipso, et ab ipso corpus eius, quod nos
sumus, carnem ipsius, illo manente integro sumamus;
quae nimirum caro ipsa est, et fructus ipsius carnis, ut
idem semper maneat, et universos qui sunt in corpore
pascat. Si enim hydria farinae, vel lechitus olei

VTL_04588_01_0033.jpg

seu panes secundo crescunt, et non minuunt dum satiant;
quid putas caro xpi? Arbor quidem ligni uitæ xps.
nunc in Eccla est, cuius imago in paradiso, illa arbor
fuit. Idcirco scire conuenit, quod ueritas hic complet
quam prius figura premisit. Nam si homini ex illa
semper Dei seruatis mandatis edere licuisset, nunquam
mori posset. Sic itaque ex hoc ligno corporis, quicumque
spetialiter comedunt, si mandata obseruauerint
nunquam in æternum in spiritu mortales erunt. Alioqn
præcidendi sunt ut melius re inserant. Unde et
lignum uitæ iure dicitur, quia sicut illud immor-
talitatem corporis sumptum prestitisset, ita istud
immo solidius uitam præstat, cum obseruatione
mandatorum Dei, æternam. De quo in laude
sapientiæ, lignum uitæ est his qui apprehenderint
eam, et in apocalipsi Ioannis. qui uicerit dabo illi
edere de ligno uitæ, quod est in paradiso Dei mei.
Quia profecto non alijs largitur in misterio, quam

uincentibus

uincentibus. sed quoniam de tribus uocabulis corporis
xpi. diximus, restat nunc etiam intelligere scrip-
turas sanctas, doctrinamque xpi, quam sepe corpus
xpi typice interpretari debere diximus, ut unum
corpus ex omnibus perficiatur, quia hæc sunt dotalia,
hæc mistica ut xpus, et Eccla. unum corpus solidius
confirmetur. Alioquin quomodo auderet Apostolus asse-
rere, Christi Ecclam. de carne, et ossibus eius consistere
utique hoc sacramentum uelint, nolint inimici, magnum
est in xpo, et in Ecclesia: quod erunt duo in carne
una, et si una caro xps., et Ecclesia, iam unitas ambor
naturæ plenius commendat. Quapropter illo integro
agni carnes nra ut tollat mundi peccata accipia-
mus, quatenus per hoc xps. in nobis maneat, et
nos in ipso renati, unum efficiamur.

Quod in hac comunione aut iudicium percipitur
aut præmium.

Nihil in præsentiarum periculosius est, quam letaliter
peccare, et a xpi corpore coram interni iudicis

oculis decidere. Deinde nihil dannabilius anteq̃
corrigatur propter perfidiam humanã, cũ Iuda
a misterio sancte cõmunionis pedem non retra-
here, inde a Primordio huius celebricitatis iudi-
cium male accipientibus minatur. Dum continuo
post bucellam de manu Dñi perceptam, Iudã
Diabolus persuasit. Ubi mox ostendit, futurum
in Ecclesia iudicium, quod sancti sanctorum sunt.
Si quis, ea lapsus de corpore xpi factum membrum
meretricis vel Diaboli præsumpserit, nec dubium
quin ob id iudicium excipiat, et cum Iuda, culpæ
sotietur obnoxius, tam quia corruit, q̃ quia in-
conscentia dãnatus, ausus est sine pœnitentia,
et correctionis venia, sancta misteria temerare.
Nec potentiam igitur divinæ maiestatis veritus,
dum cogitat non amplius quam quæ videntur,
nec intelligit miser, quod nũq̃ caro xpi nisi de ma-
nu eius, et sublimi ara ubi Christus pontifex futororũ
bonorũ

bonorũ pro omnibus assistit, iure accipitur, unde sacer-
dos dum hæc incipit immolare inter cætera iube
inquit perferri hæc per manus angeli tui, in sub-
lime altare tuum in conspectu divinæ maiestatis
tuæ; et cogitas ô homo aliunde illud accipereq̃
de altari: ubi sublimius transpositum consecratur?
Sed fortassis ad hæc cæca cogitatio dicit, et quomo-
do in cælum ante conspectum divinæ maiestatis
tam subito offertur cum hic aut panis aut caro
videat in manus sacerdotis, et invisibiliter semp
teneatur, hoc quippe est ô homo, quod sacramẽtum
vel ministerium vocatur. Si enim totũ visibile
fieret, nullum in eo misterium, vel secretum esset,
nulla fides, nulla vis spãtis, nulla alia res q̃ quæ
oculis, et gustui subiaceret. Nunc autem longe
aliter virtus divina interius operat, quia p fidem
ambulamus, et non per speciem. Habet enim fides

praemium meritum, ut quicquid per fidem tibi sa=
puerit, hoc interius totum praebeat. Unde scriptu
Legimus, dedisti eis Dne panem de caelo, habentem
omne delectamentum, et omnem saporem. Alioqn
nisi per fidem, et intelligentiam, quid praeter pa=
nem, et vinum, in eis gustantibus sapit. Et ideo
populus ille carnalis manna fastidiuit, quia in
ibi non nisi carnalia quaesiuit. Caeterum qbus
omnem saporem, et omne delectamentum praebuit,
eandem de caelo, escam, quam nunc percipimus,
spiritalis, et typica illa ipsa perceptio in ore sapuit.
Nunc Aplus, Patres nostros eadem comedisse escam
spiritualem testatur, sed non in pluribus eorum
beneplacitum fuisse Deo profecto quia fastidientes
spiritalia carnaliter sapiebant. Non quidem patres
nostri spiritualia praegustantes, sed infideles plane
patres Phariseorum de quibus Dnus dicebat, quod

mortui

mortui sunt in deserto, illi utiq; mortui sunt, in qbus
beneplacitum non fuit Deo, Isti vero mori non potuerunt
spiritaliter comedentes, quia eis esca illa caelestis sapore,
et delectamentum immortalitatis praebuit; similiter itaq;
modo, nunc in Ecclesia cibus iste quibusdam vita est,
quibusdam vero poena, et supplicium peccati. Porro illis
vita est, quibus xps vita est, illis vero mors qui per
carnem, et ignorantiam, membra sunt diaboli. Unde
o homo disce aliud gustare, qz quod ore carnis sentitur,
aliud videre quam quod oculis istis carneis monstratur.
Disce quia Deus spiritus in illo caliter ubiq; est. In
tellige quia spiritalia haec, sicut nec localiter, sic utiq;
nec carnaliter ante conspectum divinae maiestatis
in sublime feruntur. Cogita igitur si quippiam corpo=
reum potest esse sublimius, cum substantia panis, et vini,
In xpi carnem, et sanguinem efficaciter interius com=
mutatur. Ita ut deinceps post consecrationem iam
veram xpi caro, et sanguis veraciter credatur, et

nō alius q̄ xp̄s panis de cælo a credentibus existimet!
Putas ne aliud esse altare, ubi xp̄s Pontifex assistit
quam corpus suum? per quod, et in quo Deo patri vota
fidelium, et fides credentium offertur, quod si veraciter
corpus xp̄i altare illud cæleste creditur, non iam
aliunde carnem, et sanguinem q̄ de ipso xp̄i corpore
sumere putabis. Cæterum de Angelorum p̄ntia dubi-
tare oīo non debes, quia ad s̄m Apostolum admi-
nistratorij sp̄s positi sunt, p̄p̄ter eos, qui hereditatem
capiunt salutis. Idcirco inter Angelorum fre-
quentiā, quam terribile sit ipsum corporis ac san-
guinis sacramentū ubi plenissime virtus xp̄i
accipitur, et neq̄ ab alio q̄ ab ipso xp̄o Pontifice
porrigitur, licet visibilis sacerdos assistere, et
singulis tribuere videatur. Quia quod iste per in-
gnorantiam omnibus indifferenter tribuit xp̄s
virtute maiestatis suæ interius, cui ad remediū,
indigne ad cōmunionem accedere debet q̄ sq̄ cogitare, imo
quam terribile sit,

cuiq̄

cuiq̄ ad iudicium tribuat, divinitus decernit.
Quis enim carnem ipsius, et sanguinem nisi ab
ipso vere percipit, cuius est caro? et ideo alius
accipit misterium ad iudicium damnationis,
alius vero virtute misterij ad salutem. Nam is,
qui cum Iuda contemptu suo, et iudicio crimi-
nis reus tenetur, cum Iuda utiq̄ condēnatur?
et qui cum Petro ac cæteris fidelibus fideliter
ac devote participat, cum Petro quoq̄ ac cæte-
ris Ap̄lis in corpore consecratur. Hoc ergo
iudicium in Dominica cœna in natale calicis
exordio calicis mox excipit? ut doceat quid
contemptoribus immineat, si damnati, a con-
scientia pedem de mensa D̄ni non retraxerit.
Unde D̄ns ad Moisē in Leuitico loquere ad Aaron,
et ad filios eius, ut caveant ab his, quæ consecrata

sunt filiorum Israel, et non contaminent nomen sancti-
ficatorum. Ego Dns. dic ad eos inquit, et ad pastores
eorum. Omnis homo qui accesserit de stirpe vra ad
ea quae consecrata sunt quae obtulerunt filij Israel
Dno, in quo est immunditia, peribit coram Dno ego
sum, inquit Dns. Ubi non solum sacerdotes tangit,
et ministros altaris, verum, et omnem de stirpe veræ
fidei, licet in Ecclesia ultimus habeatur, ut hanc
legis sanctificationem in comune custodiant. Alius
quippe Israel carnalis nomine tenus appellatur,
alius vero vir videns Deum. Deinde nimirum stirpe
nemo debet immundus accipere ad ea quae consecrata
sunt filiorum Israel. Quia nemo nisi mundus a
letali crimine digne potest ea sumere si quis aut
sumit indigne i. in cuius anima est immunditia
peccati, peribit coram Dno. Hunc igitur, ut sep-
tuaginta ediderunt, Deus adversatur et ab
omni comunione Sps. repellit. Unde postea si

Dni.

Dni resuscitante gratia, et misericordia in corpore xpi.
talis quilibet forte reinsertus fuerit, et per pœnitentiam
vivificatus, debet non minus de conceptas quam
de prioris culpæ reatu, quod salutaria vitæ mi-
steria sumpsit ad iudicium medulitus corde in-
gemiscere, et ad uberiorem amoris gratiam, eo
quod evaserit in ardere. Hæc igitur quae conse-
crata sunt Dno, non alior est, cibus nisi qui sunt
in Dno, quia ij, soli visuri sunt Dnum. Unde illorum
viri consecrata i. filior Israel dicuntur. Nec putes
legis latorem Dni. de his tm quae in legis scribe-
batur, ista sanxisse, presertim cum illa nihil aliud
fuere, quam umbra futurorum. Unde terribilis est
ad ea immundum accedere, ubi sacerdos est ille,
qui potestatem habet, corpus, et animam perdere in-
gehennam, ex quo in fine concluditur: ego Dns.
ac si pariter dicat. Ego sum scrutans corda, et

renes, ego santificans digne accipientes, ego qui
solus potestatem habeo animam perdere male
accipientium, et si quis accedit hunc attendens,
time Pontificem, non eum quem fallere te potas,
sed illum cui cuncta patent; et timeas imperci=
pere non virtute sps. sancti, sed iudicium sa=
cramenti: Iudicium autem sacramenti est ut
habeat reus prioris culpae delictum, deinde
contemptus suis peccatum i. superbiae vel sacri=
legij contra Deum, quia ausus est sancta con=
tigere, quod non licet nisi mundis. Hinc ergo
patet, quod gravius est talis quilibet, qui excipit
facinoris, quam quod prioris admiserat. Nam Iu=
das priusquam buccellam acciperet, quamvis mente
saucius, interdum a Dni bonitate, leniter, cre=
boque nunc cum alijs nunc solus monetur, sed postquam
indignus mistica praesumpsit, invasit eum Diabo=
lus, et qui prius nutabat eum accepit continuo foras exivit.

Hinc

Hinc quoque in libro Samuelis, cum de peccato sacri=
ficij filios suos Heli moneret, dictum legimus, non
est enim bona fama filij, quam audio de vobis.
Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus.
Si autem peccaverit vir in Deum, quis orabit pro=
eo! i. quem apud Deum pro se intervenientem in
veniet! qui Deum totius creaturae contemnens,
in eius iniuriam ad sanctificata, immo nunc ad
corpus, et sanguinem ipsius indignus accedit!
Talis profecto nec Dei verretur potentiam, nec
praesentiam formidat Angelorum. Sed sic se in=
gerit, quasi nullus sit, qui eius conscientiam
videat. Propter quod Dns cum peccata Ierusa=
lem, et abominationes quae fiebant in templo per
visionem ostenderet, inter caetera dicuntur
sex viri de via portae superioris advenisse.

VTL_04588_01_0039.jpg

Et ecce unus quisq; in manu sua ferebat uas, in=
terfectionis. Vbi septuaginta securum attulisse
dixere Dequa Dns, ecce securis ad radicem ar=
borum. Vz. ad cogitacionem singulorum posita
est. In quorum medio uir unus uestitus lineis,
et atramentarium habebat scriptoris ad renes suos.
Qui profecto ingressi steterunt iuxta altare aeneu,
quod erat in atrio templi. Per quod nimirum al=
tare ponimus altare, quo cibum uitae, et stipen=
dium militiae nrae sumimus manifestissime
designatur, quia illud aliud interius, infra sancta
sanctorum aureum fuisse legimus. Ex quo illud in=
telligibile demostratur altare, ubi orationes
omnium, et uota fidelium offerunt a sumo Ponti=
fice xpo. Dno. et ideo ad illud mundo corde
pertingere, ad istud uero mente simul, et cor=
pore, abq; ulla immunditia debemus, quia sancta

sanctorum

sanctorum sunt quae in illo pro nobis per sanctu sanc=
torum offerunt. Quo nimirum ipse xps corda uidet
omnium, fidem conuenit singulorum, illudq; Deu
prem praecatur, per manus angeli gloriosius de=
ferri, ex illo coram nobis, misto uisibili, quia nec
dum ad illud interius corporeo ingressu possumus
introire, ubi uerissima caro xpi., et sanguis quot=
tidie ministratur. Idcirco singnanter iux.
illum aeneum, quod erat in atrio stetisse di=
cunt, quia ad illud interius, quod semel in=
trauerint, menq; ulterius mortem pacient, ad
istud uero quod in atrio est id est in praesenti
seculo, si quis indigne accesserit, iuditium dannationis
excipit. Ad hoc ergo unusquisq; illorum in manu sua
uas interfectionis tullisse dicitur. Vnde, et gloria
Dni quae assumpta fuerat de cherubin, stetit ad li=

men domus, ut ingredientes plenius dinosceret. et cla=
mauit ad uirum, qui indutus erat lineis, et atramen=
tarium scriptoris habebat in lumbis suis. quem
profecto uirum, xpm intelligimus, uestitu in ha=
bitu pontificis. De quo scriptum est, Tu es sacer=
dos in aeternum secundum ordinem melchisedech;
et habebat attramentarium scriptoris ad renes eius,
ut omnium peccata describat, et sanctorum à pec=
catoribus numerum segreget. Maxime dum ad al=
tare ueniunt. et ideo bene iux illud stare perhi=
betur, ut milites ad stipendia uitae percipienda
accedentes discernat diuinitus, cui cum in medio
candelabrorum aureorum assisteret, dictum est, Trãsi
per mediam Hierusalem et signa thau super fron=
tes gementium, et dolentium, super cunctis abo=
minationibus, quae fiunt in medio eius. Hic quoque

alibi

alibi descripto. et ambulabo inqt inter eos, et ero
illorum dnus, quorum: nisi illorum utique super quos
signatum signum crucis, mortificationem s. Iesum
in corpore suo circumferentes, qui non solum sua
sed aliorum quottidie delicta lugent, et pnt di=
cere cum Propheta. signatum est super nos lumen
uultus tui dne. Caeterum ad eos iniquorum mani=
bus uasa interfectionis erant, fit illico uox, prophe=
ta audiente. Transite post eum, per ciuitatem, et
percutite, non parcat oculus uester, neque misere=
amini; sene adolescentulum, et uirginem, parvulum,
et mulieres interficite, usque ad internitionem.
omnem inquit, super quem uideritis Thau non
occidatis, et à sanctuario meo incipite, siue ut
septuaginta transtulerunt, à sanctis meis. i. à
sacerdotibus meis, et à ministris altaris; non quod

sancti sint, sed quia proministerio sancti uocatur
in populo, Vt qui sunt causa peccati in plebe, primi ex=
cipiant supplicium, quia tempus est, ut Iudicium
à Domo Dei incipiat. Sed nè putares sine causa iux=
altare stetisse, fit ad eos uox diuina, quæ utinam in
nobis non compleatur, Contaminate domu, et implete
atriam interfectis, quia nulla est religio ubi offensio
peccati offerentes contaminat. Et ideo uere unde
peccatum inde iudicium incipit, quia peccato mor=
tuus, contaminat prius atria templi, et profanat
sancta, dum immundus ea contingit. Neq; fit er=
ror iuditij, ubi iudex est, et descriptor suorum militu,
uerbum Dei patris xps Iesus, penetrabilior omni gladio
ancipiti discretor cogitationum, et medularum,
pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus.
Vnde Apostolus de his qui indigne sumunt, nō di=
iudicantes corpus Dni. Propterea inquit imbecilles
sunt

sunt, et dormiunt multi, Dormiunt ergo inde mul=
ti non somno pacis, sed somno mortis, quia ministerio
eorum, qui ad hoc positi sunt, angelorum perimunt;
Imbecilles uerò fiebant, quia uarijs languoribus ideo
cruciabant: quidam, ut corrigerent; quidam uerò,
ut iam inciperent torqueri, ut metu eorum cæteri
sanarentur. Alioquin plagæ, et infirmitates nūq;
in populo xpi tantum crebescerent, Præsertim ui
de his qui ex ægypto, in figuras sanctæ Dei ecc.
egrediebantur, Lectum sit nullum fuisse infirmu.
Nam, et ideo lignum uitæ dicitur, quod hanc uirtute
diuinitus acceperit, ut si quis ex eo manducaret,
sanitatem corporis ad immortalitatē firmaret;
Quanto magis ex hoc præstatur, ne non solum mo=
riatur in carne, sed nè laudatur, quisq; à Dia=
bolo, dum eum uirtus sanguinis deffenderit:
sed forte ad hæc si propterea infirmantur, et

dormiunt multi, cur non aperte! Praesertim cum
illi magis illis puniantur, qui Dei correptione iudi=
cant indigni, nimirum, quia fides renascentium
exercenda erat, et probanda, nec non et doctrina
praeceptorum, homo erudiendus. Tamen non est du=
bium, qui si fidelis uitam, contemptor uero mortem
accipiat. Alias si semper in peccantibus aperta
ultio fieret, terror homines compesceret, et non
fides uel religio ad probitatem morum imbueret,
Unde sm Aplum, cum aliquis infirmatur prius
adhibenda est confessio peccati, deinde oratio
plurimorum, post sanctificatio unctionis, quia
impossibile est per medicinam sanari ullius artis,
quem diuina ultio peremit, et si medicina est sec=
tanda, tn hoc prius agendum est a xpiano, quemad=
modum si in angelis prauitas est inuenta, et astra
non sunt munda coram Deo, quanto magis immundus

homo

homo probatur, nisi quotidie, et bonis operibus purgetur,
uerumtn quia saepe grauius peccantibus diuina
patientia licet praesumat indigne parcit ad tps.
et expectat ad penitentiam, Non ideo securitas
subrepat, quia thesaurizant sibi contemnendo
iram in die irae, et peccata in Deum magis ac=
cumulant. certus sit n. quia ultores angeli nec
semel indigne comunicanti parcerent, nisi bonitas
xpi in cuius iuditio pendent omnia, et cui com=
missum est, ut signum ponat seruorum in frontibus
gladium suspenderet et remoueret interdum
momentanea morte. Unde postea rescipiscentibus
duplex debet in penitentia esse luctus uel
quia male gessit, uel quia demum ad iudicium
male praesumpsit. Quod sane delictum nullo alio
nisi xpo donabitur interueniente, Unde in lege

ab hoc qui in sanctificatis deliquit, aries per quem
intelligitur, xps offerri iubetur, ut apud eum prem
Deus homo factus Pontifex in aeternum interpel-
lare per fidem credatur, Atq; ipsum pro se moribus
et uita cottidie reinduttum per fidem offerat,
alioquin qui in Deum peccauerit, qui orabit pro
eo nisi Deus, qui nras infirmitates adeo assumpsit,
ut compaciatur nobis, et per eum donet uenia
ex delictis et in Deum admissis, verumtn nec
hoc dicimus ut idoneus aliquis pro nobis in
iustis, non debeat interuenire, sed totum xpo
debemus ascribere, quia suas etiam iniurias libe-
ter remittit, et pro delinquentibus in se, sicut prius
in cruce fecerat, et se pri offerendo idoneus exo-
rator interuenit.

Quid necesse fuerit, quod semel gestu est,
xpm quottidie immolari, uel quid boni
tribuatur, haec misteria digne percipientibus.

Iteratur

Iteratur aut haec oblatio quottidie, licet xps
semel passus in carne, per unam eandemq; mor-
tis passionem, semel saluauerit mundum, ex qua
morte idem resurgens ad uitam mors illi ultra
non dominabitur, quia profecto sapientia Dei
patris necessarium, multis pro causis hoc proui-
dit. Po. siquidem quia cottidie peccamus, salte
in peccatis, (sine quibus mortalis infirmitas
uiuere pot non) quia licet omnia peccata dana-
ta sint in baptismo, infirmitas tn peccandi, ad
huc in carne manet. Vnde Psalmista. Benedic
anima mea Dno, qui propiciatur omnibus ini-
quitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates
tuas. et ideo quia quottidie labimur, quottidie
xps. pro nobis immolatur, et passio xpi in misterio

traditur, ut qui semel moriendo mortem uicerat,
quotidie recidiua delictorum, per hæc sacramenta
corporis, et sanguinis peccata relaxat. Vnde ora=
mus debita nr̃a dimitte nobis. Quia si dixerimus,
quia peccatum non habemus, ipsos nos seducimus, et
ueritas in nobis non est: secundo igitur, ut sicut
fuit arbor uitæ in paradiso, ita sancta Ecclesia,
quæ paradisus delitiarum in canticis appellatur, ha=
bebat in se misterium uitæ, quod in eodem ligno
figurabatur. Ex quo qui edunt, seruantes man=
data uitæ nequaquam mori potest in æternum. Quod
si ueluti Adam inobedientes, à Diabolo rursus
peccato mortis perempti fuerint, sicut ille de pa=
radiso remouentur à sanctis altaribus, et a ligno
uitæ sc̃z. à corpore, et sanguine xpi. qui est uerũ
paradisi lignum, cuius folium non defluet, et
omnia quæcumque faciet prosperabuntur. Remouet,

aut

aut, ne summant de ligno uitæ, et male uiuant,
ut moriantur, Imo resipiscant à malis suis, et
per pœnitentiam reconciliati xpo. per hunc cibum
rursus reinserantur uisceribus fœliciter, et de in=
ceps uiuant in æternum; hoc quippe agunt sa=
cerdotes xpi. in Ecclesia, et monstrant, quod
futurum est in illo ultimo examine, qn̄ separa=
bunt iusti ab iniustis: sed hic sicuti: Adam expul=
so spes mansit redeundi ad uitam per pœnitentiam,
ita præcissis à ligno uitæ patet facultas si uelint
redire ad ueniam. ubi cum pœnitentia intercesserit
certa spes percipitur, quia iam uitæ admixtus,
mori non poterit, si reconciliatus maneat in xpo.
Tertio ut quicumque digne hanc uitã sumunt renati,
unum efficiantur, ut sicut iam per Baptismum
xpm. induunt ita xps. in eis per hoc sacramentum

spiritaliter maneat, quatenus illud impleatur,
quod ipse ad prem orat. Non pro eis autem ego
ait tm; sed pro eis qui credituri sunt per uerbú
eorum in me, ut omnes unum sint. Hac itaq;
unitas, non sicut hereticii uolunt, sola uoluntate
inter prem, et filium predicatur, et sicut labo=
rant ex eo quod ait, ego, et pater unum sumus,
temptant igitur ad unitatis illud conferre
consensum, ut unitas uoluntatis in eis sit, nó
naturæ. sicut multitudinis credentium, in hie=
rusalem dicitur eor unum, et anima una fuisse.
sed nos prum uestigia sequutes credere oportet,
quod xps. deus ex deo substantialiter genitus
naturaliter hoc est quod patet. Ne per hoc sane
unitatem naturæ, pateret filius meú esse pro=
bantur. Ne non et xps. sodie in nobis, non solú
per concordiam uoluntatis, sed etiam per naturam,
sicut tu pr. i me, et ego i te, ut et ipi in nobis unú sint

sicut

sicut, et in illo manere recte dicitur. Nam sicut ver=
bum caro factum est, et nos uere uerbum carne
factum, in cibo dni. consumimus quare in nobis
manere xps. naturaliter uere non estimetur!
qui, et naturam nre carnis inseparabilem sibi
homo natus deus assumpsit, et naturæ carnis
suæ, ad naturam æternitatis sub sacramento
hoc, nobis communicandæ carnis admiscuit!
et ideo per hoc omnes in nobis pre; et filio, et sp.
sancto unum sumus, quia pater in xps. et xps. in
nobis esse probatur. Hinc igitur est, quod et nos
in xps. unú corpus naturaliter efficimur. dese=
quis prem in xps. naturaliter confitetur, con=
fiteatur se naturaliter, quia uerbum caro factum
est, unú esse in illo, ut naturalis unitas per sacra=
mentum appareat ueritas. Hinc ergo dicit. qui
manducat meam carnem, et bibit sanguinem meú

in me manet, et ego in eo. Verè igitur sicut per natu-
ram deitatis, Deus pater in filio est, ita filius Deus
per humanitatem carnis in nobis ueraciter esse
dicit. Ac per hoc mediatur Dei, et hominum præ=
dicatur, quia per eum cōmunionem unitatis
habemus ad Deum, dum ipse in patrem manens, in
nobis, quoq; manere dicitur. Qua de causa unū
nos esse in ipsis superius patera filio sm̄ huma=
nitatem exoratur. Ecce ista duo sacramenta,
quid efficiunt. Per Baptismum ergo renasci=
mur in xpo, et per sacramentū corporis, ac sāgui=
nis, xps. in nobis, non solum fide, sed etiam uni=
tate carnis ac sanguinis manere probatur. et ideo
iam xpi. membra, cuius carne uescimur, ut nihil
aliud q̄ corpus eius unde uiuimus, et sanguis in
ueniamur. Hinc igitur est, quod nemo ascendit
in cælum, nisi qui descendit de cælo, quia cū illo

per

per hæc misteria unum sumus. Iteratur aūt hoc
misterium, et ob cōmemorationem xpi. passionis
sicut ipse ait. Hæc quotiescunq; agitis in meā
cōmemorationem facite. quotiescunq; ergo hūc
panem sūmitis, et bibitis hunc calicem, mortem
Dni annunciabitis donec ueniat, Non itaq;
sic accipiendum est, donec mors xpi. ueniat,
quia iam ultra non morituri sed donec ipse
Dns ad iudicium ueniat. Interdum autem,
et semper mors xpi. est præsęculi uita, poste=
ris nuncianda, ut discant, qua caritate suos
dilexit, qui pro eis mori dignatus est, cui omnes
uicem debemus rependere caritatis, quia ad hoc
prior nos dilexit, cū essemus gehennæ filij:
ut diligeremus eum, à morte iam liberat. Dicūt

etiam quidam quod, et ideo quotidie celebretur,
ut qui de Iudeis credidissent, haberent per hanc
gratiam assueti diebus singulis Dno immolare
hostias, quo possent suae religionis uota cele-
briter offerre, et omnium ueterum sacrificiorum,
atque holocaustomatum sacris huius misterij per-
ferre uirtutem. sed licet ita uideatur, tn ple-
nior, et perfectior sntia. est, quam praemisimus,
quia non minus pro nobis quam pro illis in Ecca.
hoc misterium celebrat. Haec quippe figura
praecessit in Melchisedech, sicuti fides in ha-
bram. sed quia lex quasi medius paries se
iniecit, potius in omnibus legum sacrifitijs ueri-
tas huius misterij adumbrabatur. quibus remotis
quod praedictum erat sm. ordinem Melchisedech.
xps uere pontifex successit, sacerdotium hns aeternu.
Hoc itaque Habram in Melchisedech. fide conspexerat,

et

et ideo decimas ei obtulisse legitur, atque benedic-
tionem ab eo percipisse. Unde res Melchisedech.
ille, rex iustitiae, uel salem, et sacerdos dicitur, ut
per eum xps. cuius tippum ille gessit euidenter
rex, et sacerdos monstraretur. Alioquin mortalium
quis rex iustitiae iure uocari queat, cum nullus
nisi iustitiae fide, saltem iustus inueniatur? Idcirco
teneamus nos ad istum pontificem, et sacerdotem xpm.
et in illo maneamus, quia per hoc quod ille in nobis
est, et nos in illo, etiam, et ipsi omnes, et sacerdotes
dicimur, et sumus. fecit n. nos regnum, et sacerdo-
tes Deo, et ideo gens sancta sacerdotium regale,
populus aquisitionis ab apto. praedicamur. Hoc
igitur notum, quia nos in ipso, et ille in nobis per
hanc gratiam concorporatur, transfigurans nos
in corpore claritatis suae, ut cum ipso, et in ipso
sit nobis regnum pacis. Hoc quippe salem interpretat,

et sacerdotium, æternum, Hinc quoq; Propheta canit,
Lauda Hierusalem dominum, Lauda Deum tuum
syon, qui posuit fines tuos pacem, et adipe fru=
menti satiat te, De quo nimirum frumento cæle=
stis illa Hierusalem saginatur. et notandū quod
hoc frumentum corpus vz. xpi. adipem habeat;
non solum adipem, sed et omnes delicias, ita
et potus sanguinis, Vnde qui de petra typice ma=
nauit, nunc mel, nunc oleum nunc aqua, nunc
quoque potus dicitur, quia quidquid prægustare
spiritualiter poteris, hoc totum ibi inuenies, et
hinc est, quod credunt Iudæi; q manna qn.
comedebant carnaliter, sm. uoluntatem unius
cuiusq;, sic sapiebat unicuiq; in ore. Verbi
gratia; si pirum, si malum, si uuam, si panē,
si carnem desiderasset, seu alia quæcūq; omnia
manna

manna præstabat in ore desiderantis. Hæc illi
semper carnaliter quærentes, nos uero fatemur
fide, quod spiritualia, et æterna potius non
solum istam, sed etiam illa in cordibus fideliū
præstabant. Vnde per hæc confidenter oportet
credere, si quis digne perceperit, quod uitā
accipiat immortalitatis, et delitijs fruitur, cum
omni delectamento, in spe positus æternorum
Adeò detur in se sperantibus, sic sic fiat. Amen.

Cur in pane, et uino hoc mysterium
celebratur.

Igitur in pane ideo celebratur, quia xps panis
est, qui de cælo descendit. Sed sicut ille panis
longe aliud ab isto pane intelligitur, ita longe
aliud caro à mortali iam nra carne secernitur.

Caro itaq; per passionem, et uera caro redemp=
tionem suæ condictionis explet, Panis uero
uictum, ad æternitatem renatis, immortalita=
tis præbet. Atq; ideo nec mirum si caro xpi.
panis dicitur, dum et caro sub specie panis
uisibilis nihil aliud q̃ caro xpi. porrigitur.
sed caro quia in eadem carne passus in ueritate
creditur. Panis uero quia granum frumenti
cadens in terram, et nos ex ipso nihil aliud q̃
frumentum per fidem genuit. Unde pro hoc se
ipsum suis membris ex se natis, uitam præbuit,
et præstando nihil nobis aliud q̃ panis eter=
nus fuit. Nihil n. ad figuram manifestius,
nihil ad misterium euidentius granũ quippe
frumenti xps. in terram cecidit, sed multa
grana de se genuit; quę nimirum grana!
nihil

nihil aliud q̃ frumentum, quod in horreũ
coarceuat. Unde mira in ipso nrę naturæ
unitas prædicatur. Nam omnes nouimus
q̃ panis unus ex multis naturaliter granis
efficitur, ex quo nra in xpo. unitas cõmendatur, et fi=
gura ueritatis in misterio approbat! Ad hoc quippe
illud unum mortuum est in terra, ut ex eius adipe,
et pinguedine nos fœcundaremur. quia ut ipse ait,
nisi mortuum fuerit, ipm solum manet. Nunc uero
quia mortuus resurrexit, multum iam fructũ in se
credentibus affert. De quo nimirum fructu unus
panis efficitur, quia xps. et Eccla. unum corpus
esse probatur. Unde dictum est, et erũt duo in=
carne una. Recte ergo hoc misterium in pane ce=
lebratur, quatenus per hoc altius designetur,
quid in eo geratur. simili modo, et in uino, quod

ex multis liquatur uuis, et de multis in unum
confluit granis. Quae nimirum grana uirtutum,
ex illa creuerunt uitae, quae dixerat, ego sum
uitis uera uos autem palmites. Non potest ergo pal=
mes a se ipso nisi in uite manserit facere fructum,
idcirco uinum quod bibimus sanguis est eiusdem
uitis, qui de latere eius fluxit, nam uitis, et pal=
mes unum sunt corpus, et ideo unum ferre uidentur.
fructum, quia uua, quam palmes affert, de radice
uitis profluxit. Hinc quoque, et xpus uua dicitur,
quam uiri exploratores aplorum s. et prophetarum,
chorus, suis ad nos humeris fortiter gestantes de=
tulerunt; Vnde egregius praedicator, pretio
inquit empti estis portate Deum in corpore uro.
De qua nimirum uua, dum praelo praemitur passio=
nis sanguis efluxit salutis. Hinc Moysis canit
in cantico. Quod constituerit populum suum Dns.

Super

Super excelsam terram, ut comederet fructus
agrorum, et suggeret mel de petra, oleumque de saxo
durissimo, et sanguinem uuae biberet meracissimu.
De quo nimirum sanguine, ors inebriatur xpi. ecca.
Et ideo speciem uini, iure tenet in sensu, du spiri=
taliter sanguis potatur in mysterio, quia hinc
laetificamur, laetitia spirituali ad gaudium;
Hinc ergo redimimur de morte ad uitam, et
pretio salutis nrae interius saginamur. De=
quibus Dauid cecinit in mysterio, quia panis
confirmat cor hominis, et uinum laetificat utique
laetitia spiritali; Propter quod in eadem substantia
iure celebratur, hoc misterium salutis, quia xps.
est panis qui descendit de caelo et uinum quod
laetificantur corda credentium. De quo nimi=
rum Joseph. meridie qua hora xps passus inebriatus

legitur mistice cum fructibus suis; Vnde, et nos
-s: ad huc aquam non tm sapimus, intus in=
ebriamur, et gaudemus de bonis Dni super
frumento, uino, et oleo, quo perfusi sumus, laeti=
cia aeterna, et gaudio exultationis in Dno: nos
-n: non solum uinea Dni, sed, et uindemia eius
sumus, De qua nimirum uinea xps in canticis
uindemiaui inquit Myrram, cum inguentis meis,
manducaui autem panem meum, cum mele
meo, et bibi uinum meum cum lacte meo; sed
non prius comeditur, qz misericordia in nobis
turgescat mortificationis, et unguentum bni
odoris naribus conspergatur; Tunc itaqz panē
cum mele, quod de petra, quae xps est, fluxit
comedimus. Tunc itaqz uinū suauitatis cum

lacte

lacte bibimus. Propter quod quia in istis duo=
bus haec mistica tegebant, rectum fuit, ut his di=
uinum fieret sacramentum; quatenus totum spi=
ritaliter intelligere, mens satageret. Vbi nihil
carnale sentire licet. Iure itaqz panis xps qui
de caelo descendit in hoc misterio accepit sicut,
et caro, quae in cruce pependit, cum integer tn.
deinceps xps perseueret, licet ab omnibus quot=
tidie edatur, et sit panis quidem ad uitam, et
firmitatem animi, caro uero ad unitatem na=
turae suae, et redemptionis premium. Vnde ipse
ait. Caro mea est pro mundi uita, et sanguis
uere, qui pro uobis effundetur in remissionem
peccatorum. Hinc sane est, quod sapientia Dei
patris, maluit hoc mysterium in specie panis
ac uini permanere, qz in colorem ac saporem

VTL_04588_01_0052.jpg

carnis ac sanguinis demutari. quia nec hoc
est, iam quod uidetur, nec fieret illud amplius
ut esset caro, et sanguis, q̃ ut percipitur. Nos
enim in eo illum panem qui de cælo descendit
comedimus. Et ideo dicitur comedit panem
cum mele meo, q̃m in illo diuinitatis dulcedo,
et humanitatis, prædicatur; Et ideo sicut in
isto saporem panis, aut colorem non attendi=
mus, Ita namq̃ si mutaret in carnem nihil
amplius caro xpi esset q̃ est. quia totum
spiritale est quod comedimus, Imo durius
esset contra consuetudinem humanam licet
carnem salutis tn. carnem hois xpi. in=
spetiem, et colorem ipsius mutatam, et uinum
in cruorem conuersum accipere: Inde, et illi
adhuc

adhuc rudes discipuli carnaliter sapientes
dicebant. Durus est ergo hic sermo, cũ diceret,
nisi manducaueritis carnem filij hominis, et
biberitis eius sanguinem, non habebitis uitã
æternam in uobis manentem, et non poterant
substinere utiq̃ quia carnaliter ea intel=
ligebant. Sic itaq̃ et ille carnaliter sapit,
qui non ideo credit carnem xpi esse, et sã=
guinem, quia spem; et colorem exterius
non mutauit. Unde orandum est, ut ipse
xps Deus, per se xps Deus ueniat, et comedat
panem cum melle suo in nobis, et uinũ cum
lacte bibat, quia nisi xps Deus, et homo uerè
intelligatur, et uinum, i. sanguis eius cum

cum lacte doctrinae admisceatur, non potest
infirma mens capere lucem ueritatis, et my=
sterium, uel quod diuinum est agnoscere,
ubi mira unitas in hoc sicuti in alijs quibus=
libet locis xpi. et Ecclae. declaratur, dū quod
in illo nos gerimus, et ille in nobis se agere
mōstratur. Nam dum nos rectè panem cū
mele comedimus, et uinum calicis cum lacte
potamus, tunc et ipse ea se in nobis sūmere
testatur, quia per hoc nos in suum corpus trahit,
et unum in illo efficimur. Pro talibus igitur,
et huiusmodi negotijs filij carissime. Proinde
sane in pane, et uino sine ulla decoloratione
substantiae hoc mysterium interius ui, et
potestate diuina peragitur ut, et utrius

fidei

fidei eniteat in intellectum, et doctrina fluat
hinc inde in operatione sacramenti, et ueritas
resplendeat in praefiguratione misterij, nam Mel=
chisedech prius in figura ista obtulerat panē, et
uinum, Ideo necesse fuit, ut uerus rex pacis, et
pontifex noster sm. ordinem illius eadem of=
ferret, quatenus per hanc figuram ueritas
claresceret, et qui esuriunt, et sitiunt iustitiā,
duobus istis in uia interim satiarentur. Siquidē
pane qui pro omni cibo q̄ saepe in scriptura
ponitur, et cum omnibus escis congruere uidetur,
esuriens temperaretur, potu uerò sanguinis, sitis
quasi rore caelesti madesceret; et per hoc amplius
homo ad iustitiam refectus, in fortitudine cibi

cælestis amplius desudaret; Hoc quippe potu,
et cibo Helias de manu angeli pastus, quadra=
ginta diebus, per quos pns sæculum designatur,
In fortitudine usq; ad montem Dei dicitur per=
uenisse. ex quo patenter innuitur, quod cibus
iste, manibus angelicis defertur, ad Deum, et
refertur ad nos, per quem nra infirmitas di=
uinitus releuatur qui et nisi solis amicis, et
fratribus porrigit! Vnde sponsus adoratur
in canticis. Comedite amici mei, et bibite, et
inebriamini carissimi, quia profecto talis
esca, et potus, numq; digne sine ebrietate sps.
sancti degustatur, Hinc quoq; dd. ebrius in per=
sona nra gratanter canit. Parasti in conspectu
meo mensam aduersus eos qui tribulant me

Impinguasti

Impinguasti in oleo caput meum, et calix meus
inebrians quam præclarus est. Præclarus
itaq; quod omni ueritate fulgoris clarius respen=
det, et luce sps. santi illustratur, ac per hoc
fidelium inebriat mentes, quo nimirum hauctu
illi ebrijerant, hora dici tercia, super quos se
idem sps. sanctus plenius diffuderat. Idcirco,
et nra idem accipientium præparanda sunt
corda, ut tali epulo refecti, ad altiora infor=
titudine transeamus. Nemo igitur dignè
accipit nisi qui transit. Vnde et Pasca tran=
situs interpretatur. Pasca autem nrum.
immolatus est xps. Ad quod qui uult uenir,
et uidere hanc uisionem, transeat, et ipe.

VTL_04588_01_0055.jpg

cum Moyse, sicut, et xps. transiuit de hoc se=
culo, ut totus iam spiritalis spalia ista con=
digne percipiat.

Cur in calice aqua misceatur.

Planè aqua in sanguine quare misceatur,
dum in natale calicis factum esse non legimus,
illa pro maxima causa est, quia de lateri xpi.
ubi passio completur, sanguis pariter, et aqua ma=
nauit. Quod recte apli. misterium intelligentes,
fiendum in calice censuerunt, ut nihil deesset
nobis in misterio ad commemorationem passionis,
quod tunc extitit in cruce in consumatione nrę
redemptionis. Nam postq̃ emisit spm, ueniens
unus militum lancea apperuit latus eius unde
quasi de uno fonte manauit sanguis, et aqua.

Et ideo

Et ideo hic est uerus calix, quia ueraciter pas=
sus propter salute nra, non minus sanguinem
pretij q̃ undam baptismi fudit. et quod tunc de=
carne fluxit, hoc nunc credentes in calice bibunt.
Caro quidem datur in cibum, sanguis, et aqua
uere in potum, ut q̃ simul de latere manauit,
hoc totum homo noster, his duobus renouatus
bibit, siquam peccati maculam post fontem tra=
xit, habeat in hac unda, ueniam qua deleatur et
pretium suę redemptionis, quos unusq̃sq̃ redemptus,
de die in diem rursus renouetur: sed, et plures
dixere aqua ideo admiscere, debere ut simul
in xpi. sanguine baptismus, et pretium salutis
fluat, non iam quasi duae res, sed una vz sanguis
et aqua fiat. Nam, et sanguis in corpore ut

crescat, his duobus pascitur ex quo patet q satis
prouide ob dispensationem salutis nrae, diui-
na sapientia hoc simul de suo latere produxit,
ut unde mulier quae deceperat priorem Adam
creata est, inde, rursus eccla formaretur, cuius
xps in cruce peccata tulit. Quo constat, quia om-
nes in se lauit, dum causas omnium pertulit
in cruce, Idcirco, ecca eudatia, qua in illis simul fuit
iure dicitur de latere manasse, quae bene
per aquam, sicut Cyprianus santissimus ait,
designatur. Unde, et in Apocalipsi, Angelus
aquas populos esse interpretatur. Et ideo
recte prouisum est, quia simul cum sanguine
fluxit, ut in hoc misterio ueri sanguis ad-
misceatur, quatenus, et nos in illo sumus, ut per

hoc

hoc salutis sacrm diuinis obtutibus illico uniti
mistice offeramur, Nam si uinum sine aqua of-
feratur, sanguis xpi esse sine nobis, si aut aqua sola,
iam plebs uidetur esse sine xpo. Quando autem utrumque
miscetur, et coniungitur cunc recte misterium ecclae
spiritaliter perficitur: Nulli igitur liquores, sic sibi
conueniunt, quomodo uinum, et aqua. Profecto
quia illud ex aqua peruitem, sicut xps ex carne
per Mariam nascitur. Sed longe excellentius uinum
quam aqua: quas denique aquas in uinum commutasse
idcirco legimus, ut in sapientia nra euacuata uinum
iocunditatis in nobis exuberaret. Hinc sponsa in
Canticis. Introduxit me rex in cellam uinariam,
et ordinauit in me, caritatem. Ac deinde exulta-
bimus, et letabimur in te, memores uberum tuorum.
Exultant ergo fideles dum e intelligunt ad

tantam unitatem xpi. sociatos per gratiam et ad
tantam flagrantiam caritatis pronectos, et ideo
q3 bene in hoc misterio nra figura per aquam
admittit ut unus quisq3 in illo xpi sanguine
susceptum se intelligat, et in melius transmutatu.
Vnde licet prius mistice [illegible]num, et aqua conmisce=
atur, post consecrationem tn; non nisi sanguis
bibitur, quia in illo prius ex aqua baptismatis su=
scepti renouamur, rursus eum esuriendo, et sitiendo
quotidie potamus, [illegible] nec dubio, quin sub hoc misterio,
illam bibamus aquam, de qua Dns. qui biberit
aquam, inquit, quam ego dabo ei, fiet in eo fons
aquae salientis in uitam eternam. Propterea no
inconuenienter, et ob hoc ibidem aqua consecratur,
non, q3 aqua permaneat, sed uertitur in sanguine,
ut

ut significet quod fides percipitur. Nam tres
sunt qui testimonium dant in celum, quod
xps. est ueritas, spiritus, et aqua, et sanguis
nimirum quia postq3 emisit spiritum, de
fonte pectoris sui contra naturam manauit
felix unda baptismi, et sanguis redemptionis,
quibus non nisi unum salutis opus, mistice con=
secratur, ut corpus nrum, et anima, et sps. in=
teger, ad uitam in xpo seruetur. Vbi nemo du=
bitat, q. et caro nra ex hoc reparetur ad uitam,
quia totus homo redimitur. Caro quidem carne
pascitur spiritaliter, quia uerbum caro factu est
anima uero xpi sanguine reparatur. Omnis itaq3
anima teste scriptura in sanguine est, ut ubi
habet in corpore sedem, et per quem ipsa, ut aiunt

VTL_04588_01_0058.jpg

uiuificat corpus, inde, et ipsa à xpo habeat uitã
eternam in se manentem: sed quia sps. noster,
et anima, una substantia est, licet sps aut mes
dicatur ea pars, quae praeeminet in homine, ex q.
spiritalis interdum appellatur, dum praeoccupa=
uerit suis legibus hominem totum, et uiuificatur
à Deo: Anima uerò inferior eius portio est, qua
corpus animatur, et homo animalis dicitur. Ani=
malis aũt homo non percipit, ea quae sunt sps. Dei,
Hac de causa, forsitan, in hoc sacramẽto aqua
admittitur, ut tria haec, tribus istis sacrẽtur
mistice rebus. Constat igitur, quia, et si tria po=
nuntur prius; non nisi caro, et sanguis postea cre=
ditur dãs iudicium q animalis homo, totus
debeat transire in spiritum, et spiritalis fieri omnis

omnis

Omnis nãq; anima, in sanguine est, quod tipice
dictum accipimus, quia omnis eius uita, ut beate
uiuat in xpi. sanguine reparatur. quam bene
ergo in sanguine, quia per quem habet cognitio=
nem ad carnem iustum, erat, ut per eum haberet
regressum ad uitam. Et ideo in uia duobus istis
duntaxat pascimur, et potamur, ut totus homo nrer.
quia duabus constat substantijs, integre reparetur;
Hinc quoq; David. Sitiuit in te anima mea q;=
multiplicitur, et caro mea. Sitiuit ergo totus homo
ut de carne, et anima transiret ad spiritum, qua=
tenus spiritalis totus in Deo esset. Propter quod
licet dixerim sanguinem ad animam pertinere,
tamen quodamodo simul caro, et anima recte sicĩt,
et potant sanguine, sicuti; et pascunt simul carne

xpi; quia non carnaliter ista percipiuntur, sed
spiritaliter. Sitit igitur anima talibus refri=
gerari, sitit, et corpus. Comedit anima, comedit
autem, et corpus, quia talis esca non minus
pertinet ad animam, q̃ et ad corpus, quibus
usq̃ ad finem uegetati anima immortalis ad
uitam transit, caro uero propter sententiam
primi hominis ad terram redit. Sed quia xpo
concorporata per lauacrum, et per immortalitatis
alimonia enutrita semitas uitae, nunq̃ post finē
seculi in morte detineri poterit, imo quod in=
capite praecessit membris praestabitur.

Verum plus habeat aliquid hoc mysterium
quotiens à bno; aut minus q̃ppiam
q̃ ueritas repromittit si à malo
conficiatur ministro.

Vere

Vere credere, et indubitanter scire debemus, infra catho=
licam Ecclam. ubi catholica fide hoc mysterium cele=
bratur, nihil à bono maius, nihilq̃ a malo minus percipi
sacerdote nihilq̃ aliud q̃ caro xpi; et sanguis dum
Chatholice consecratur. quia non in merito sacerdotis
consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris, et in
uirtute spiritus sancti, ut caro xpi et sanguis non
alia quam quae de spiritu sancto creata est, uera fide
credatur, et spiritali intelligentia degustetur, si=
enim in merito esset sacerdotis, non ad xpm perti=
neret. nunc aut sicut ipse est qui baptizat, ita
ipse est, qui per spiritum sanctum hanc suam
efficit carnem, et transfundit sanguinem. Quis
n. alius in utero creare potuit, ut uerbū caro fieret,
sic itaq̃ in hoc misterio credendū, q̃ eadem uirtute

spiritus sancti per uerbum xpi. caro, et sanguis
ipsius efficiatur inuisibili operatione. Vnde,
et sacerdos. Iube inquit hæc perferri per manus
sancti Angeli tui, in sublime altare tuum, in
conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid
ea perferenda illuc deposcit? nisi ut intelligatur quod
in eius sacerdotio ista fiant? Ipse n. factus est pontifex
in æternum sm ordinem Melchisedech, teste Apto. ad
interpellandum pro nobis, offerens semetipsum Deo
pri. Ad hoc semel quippe introiuit in sancta æterna,
non in sanguine alieno, sed proprio. Vnde non ab alio
recte percipitur quod proprium eius est, sed ab ipso
sumo pontifice, neq; ab alio caro eius creatur, et
sanguis nisi a quo creata est, in utero uirginis,
ut uerbum caro fieret, uerbo enim pris dictum est,

crescite

crescite, et multiplicamini, et ecce adhuc hodie, ex eo
cuncta creant animantia, non noua, sed ex eodem
semine Ista, et caro xpi; eodem uerbo fit caro, quia
uerbum caro factum est, et habitauit in nobis. Vnde
si ex illa benedictione tanta manat multitudo, quid
putas ex carne xpi; nunquid efficax ex se est, qui
tanta fecit ex nihilo, et si panes, auxit, cum quanti=
tate substantiæ, quam natura non dederat, nunquid
impotens est facere ex aliquo, quod sine semine
in utero, Virginis creauerat. Pullulat ergo illa
ubertas carnis xpi. et manet integer xps; quia
natura manente integra et gratia, etiam in=
creaturis ad iussum eius cuncta exuberant.
Propterea licet semel dixerit, Germinet terra
herbam uirentem, ex eo quod per singulos nascitur

annos, adhuc hodie omnia creantur; si itaq;
et in eo quod semel uoluit, et deinceps carnem
et sanguinem in hac commemorationem iussit
esse, fit quod iubetur, quae si quis non cre=
dit, impio deterior est, quia illi quod non
didicit, approbare non potest. Iste quod in mul=
tis cognouit con naturam fieri, etiam in carne
xpi non credit. Propterea q homo si attendis
sacerdotem attende xpm, uerbum pris, quod
semel caro factum est, quottidie fieri non dubites.
Dum uerbum pro hoc caro eius, et sanguis, cibus, n.
noster efficitur ad hoc quippe ut et nos eius
corpus simus. Vnde sacerdos non ex se dicit,
quod ipse creator corporis, et sanguinis esse possit,
quia si hoc posset, quod absurdum est, creator

corporis

corporis fieret. sed obsecrans per filiu prem et
filium, per quem ad eum accessum habemus roga=
mus aut inquit hanc oblationem benedictam
per quam nos benedicamur, ascriptam per quam
nos omnes in caelo conscribamur, ratam per quam
in uisceribus xpi censeamur, racionabilem, per=
quam a bestiali sensu exuamur, acceptabileq;
facere dignetur, quatenus, et nos per hoc quia
displicuimus, acceptabiles in eius unico filio
simus, ut nobis, inquit fiat corpus, et sanguis,
dilectissimi filij tui Dni nri Iesu xpi. Ecce
quid fides instituit, ecce quid xps indulsit,
ut nobis sit corpus, et sanguis, quatenus per hoc nos
in corpus xpi quottidie transferamur. Prius aut
quam corpus consecratione fiat, oblatio sacerdotis
est, sicut ipse confitetur, uel cunctae familiae tuae

offerentium eam, si licet in verbo, et virtute spus.
sancti noua fit creatura, in corpore creatoris, ad
nre reparationis salutem. Unde iux sublimis ara
altaris semper assistere, scriptura teste probatur,
ut eius immolatione corpus, et sanguinem per=
cipiamus. Ceterum sacerdos qui vices xpi in vi=
sibile spetie inter Deum, et populu agere videtur
offert per manus Angeli, vota populi ad Deum,
et refert. vota quidem offert, et munera refert
aut impetrata per corpus, et sanguinem, et di=
stribuit singulis, non quantum visus exterior
habet, sed quatum fides capit. Ubi licet sacerdos
inconscientia malus esse conuincatur, no suum
est quod offert, sed omnium preces, et vota per
omnem canonis textum comendat; nam, et

finis

finis orationis cunctorum vocibus confirma=
tur. Ubi omnes, amen, voce consona dicunt.
Idcirco non unius est oblatio, quae pro multis
offertur, et multorum precibus confirmatur; Nam
et Dns ait, quod pro multis effundetur in re=
missionem peccatorum. Si enim pro se tn.
esset, eius forsitan merita Deus attenderet.
Nunc autem licet leprosus sit qui offert, munda
sunt quae hauriunt, quia caro, et sanguis sal=
uatoris, nullus immuditia sordidant. Ex offitio
ergo sacerdotis ista, et non ex merito praestan=
tur; Idcirco licet reus sit, offitium mysterij
sacrum est, et gradus sacerdotij, a summo Pon=
tifice xpo compensatur, ut nihil minus carnis,
et sanguinis habeat hoc mysterium a quouis in=

VTL_04588_01_0063.jpg

digno exhibeatur, si tamen aptica propagationis
institutione consecratio exhibeatur quia
non ex eo sed ex eius offitio a summo Pontifice,
gratia, quam ipsa veritas repromisit, impletur,
ut in nullo sacerdotium eius, et pontificatus
offitium alicuius offitio minoretur virtus
enim consecrandi est in eo quod habet, qui-
ordinatur, et ideo revertentes qui baptizati
sunt, prius sicut non rebaptizantur, ita utiq;
qui prius ordinati sunt nor sunt non ordi-
nantur ad unitatem catholicam, si recesse-
rint, redeuntes, s. aut ministrant, si hoc
ecc.ae utilitas postulat, aut si non sacramentum
tamen ordinationis sue gerunt. Et ideo

eius

eius manus, inter laicos non imponuntur, manet
igitur in eis sacramenti virtus sibi inutiliter, et
iam rei dum consecrant satis tn utiliis potestas,
et ordinatio consecrandi illis qui gratiam perceptae
benedictionis, et administrationis fide, spe, et
charitate cōmunicant, neq; perverso ad salutem
proficiunt, haec vitae sacramenta, de caelesti fonte
manantia, quam nulla participatio iustitiae cū
iniquitate sicut nec luci cum tenebris. Tamen
tales licet oderint, adulteri sint, et homicidae,
et ex parte diaboli plura admiserint, dum falce
evangelica, nec dum praecisi sanctificant, non
cogitandum qui, et quales sint, sed quid dent aut
quid accipiat is qui cum fide cōmunicat, neq; quis
habeat virtutem consecrandi, sed quid habeat.

VTL_04588_01_0064.jpg

Nam sicut nomine xpi ipso teste, et à membris dia-
boli, et demonia pellunt, et uirtutes ab eis plurimae
fiunt, ita in eiusdem uirtute in sacramento ama-
bile corpus et sanguis conficit à malis, licet dictum
sit quod peccatores Deus non exaudiat. Quia ergo,
et super aquam baptismi, et super oleum, et super
Eucharistiam, et super capita eorum quibus manus
imponitur in sacramento haec omnia celebrant,
et fiunt. Idcirco ualent, et per homicidas, eo quod,
et si non habeant spm sanctum, non deest tn.
quidat per ministerium eorum eundem spm
sanctum, et consecrat ex officio manus suae lar-
gitatis, alioquin angustior est gratia xpi. quam
fraus Diaboli, et calliditas xpi. sin hortus ille
deliciarum clausus potuit habere spinas aduersarij
multo magis ex, et in eos qui membra non sunt
xpi. profecto emanat fons ipsius gratiae. Non

enim

enim euacuatur, quod ubi pollet neque alterius esse
potest, quod proprium Dei est, quia et si sunt
qui dicant haec sui esse meriti, et fornicant adeo,
nequaquam illa exhonoranda sunt diuini iuris sa-
cramenta, ut eorum illa esse putent. Cum dns
sub specie meretrices, dicat Sinagoge. Protulisti,
inquit, de auro meo, et argento meo, et fecisti tibi
imagines masculinas, et fornicata est in eis. De-
inde ait, accepisti uestimenta mea uersicolona,
et operuisti idola tua, oleumque meum, et incensum
meum posuisti ante faciem idolorum tuorum;
Nam, et panes meos quos dedi tibi, et similagine,
postquam melle, et oleo cibauite. Profecto quia
licet carnalis anima commutat, ad immagine
fantasmatum suorum, omnia sacramenta, et
uerba sacrij eloquij, tn haec sua non sunt, neque

amatorum suorum, sed Dei, licet habeat fornicationem
suam seducta, uel seducens ut et Dns sua haec esse
protestatur, et ideo non debemus ei tribuere quae
Dei sunt, neq; quasi non agnita reprobare. Immo
quamuis apud fornicariam mulierem, dona-
uiri legitimi recognoscere, et uerbo ueritatis illam
fornicationem corrigere, si ualemus, quae propria
est impudicae mulieris, non illa dona culpare,
quae propria sunt Dni. miseratis. quia et si
sacramentum gratiae dat Deus, et per malos, ipsa
uero gram non nisi per se ipsum, in qua remissio
peccatorum est, quam tribuit interdum, et per sanctos
suos. Unde nihil maius aut minus est a quali de-
bet in misterio, et si adhuc in tenebris, sit dum
sacramentum praestat ex officio, et gratia et participatione,

et

et unitate columbae, in qua fluit fons uitae, et
manat remissio peccatorum. Cuius sacerdos,
et pontifex xps in eternum expiat, et offert
se ipsum pro nobis quotidie ante conspectum
diuinae maiestatis. V.

Ut quid haec colorem aut saporem
in sacramento minime permutent.

Quod uero colorem aut saporem carnis minime
praebet, uirtus tn. fidei, et intelligentiae, quae
nihil de xpo dubitat totum illud spiritaliter
sapit et degustat. quia ut dixi qui uerbo xpi
omnia creauit, haec uerbo una cum sancto spiritu
cooperatur, et ideo nihil dubitandum, ubi
Deus Trinitatis iure opifex credatur. Nihil
enim in eo deest, ubi efficax uirtus eiusdem
rei sentitur, ubi, et plena plenitudo exterius
et uera uirtus Agni; et caro eius immaculata

interius uoratur. Nihil igitur rationabilius, ut quia
nos iam mortis eius ad similitudinem in Baptismo
accepimus, similitudinem quoque carnis eius sum=
mamus, et similitudinem, pretiosi sanguinis eius
potemus, ita ut ueritas non desit, in sacramento,
et ridiculum nullum fiat paganis, quod cruorem
occisi hominis bibamus. Auidius-n requiritur
quod latet, et pretiosius est, quod cum fide que=
ritur. Ideo quoque sic debuit hoc mysterium
temperari, ut et arcana scrictorum celarent in=
fidis, et meritum cresceret de uirtute fidei, et
nihil deesset interius uere credentibus promis=
sa ueritatis. Insuper, et quod maius est, per hac se=
cretius prestita, ad illam tenderent spem
satietatis, ubi iam non pro[illegible] nostris quot=
tidie

xpus immolabitur, sed satietate manifestationis
eius, sine ulla corruptione omnes sine fine
fruemur. Alioquin quomodo homines ferrent
hac ad huc increduli, si iam discipuli ista olim
sono uocis audientes ferre nequiuerunt. Nam
cum saluator diceret, qui manducat carnem
meam, et bibit sanguinem meum, in me manet,
ac cetera inquiunt, Durus est hic sermo, et quis
poterit sustinere eum? quanto magis adhuc in=
scij, et perfidi ista durius ferrent, et culparet
xpianos fore inmundissimos qui carnes homi=
nis comederent, et potarent sanguinem. Ac
per hoc fieret execrabile, quod per fidem de=
bemus credere esse desiderabile, et per intellige=
tiam non carnaliter sed spiritualiter degustare.

VTL_04588_01_0067.jpg

Per fidem enim ambulamus, et non per speritiem. quod si carnis spes nihil uisibilis appareret, iam non fides esset, aut misterium, sed fieret mysterium miraculū, quo aut fides nobis daretur, aut per fidis execratio contennentibus importunior crasaretur. Haec igitur credentibus, et fidelibus data sunt. signa uero, et miracula ut fidem percipiant non credentibus, unde opportuit ista non permutari, et credentibus de his, nihil saltem admodicū dubitare.

Quod haec saepe uisibili specie apparuerint.

Nemo qui sanctorum uitas, et exempla legerit, potest ignorare, q haec saepe mistica corporis, et sanguinis sacramenta, aut pp dubios, aut certe pp ter ardentius amantes xpm uisibili specie in ogni forma aut in carni, et sanguinis colore monstrata sunt, quatenus de se xps. clementer adhuc

non

non credentibus fidem faceret, ita ut dum oblata frangeretur, uel offeretur hostia uideretur agnus in manibus, et cruor in calice quasi ex immolatione profluere, ut quod latebat in mysterio patesceret adhuc dubitantibus in miraculo, fecit enim hoc pietas diuina quibusdam iam credentibus, et tn. adhuc dubitantibus, ut et ipsi fiduciam de ueritate perciperent, et alij de miraculo ad fidem solidarentur, et de xpi gratia per eadem fidem uberius participarentur. Nam quae ueritas repromisit sane aspectu credenda sunt. sed quia duro corde sumus, uoluit Deus, et diuina mansuetudo in quibusdam omnibus satisfacere, ut ulterius de his iam nemo dubitet. Porro quod si nec ostensa creduntur neq ea quae ueritas testatur ex fide comunicantur, ne quis queratur, quilibet [illegible] satis=

facionem sui, quod expectet. Quoniam nihil ex veritate
est, et quicquid veritas habet, hoc ostensio per
speciem, quando placuerit repraesentat. Unde cre=
dere oportet, quod et haec opportunissime ostensa
sunt, et nihil dubitare de his quae veritas repromi=
sit. Quia quisque ex veritatem aliquid querit,
non nisi falsitatem [illegible]niet, et semet ipsum si=
ea quae a Xpo dicta sunt non receperit, extra
veritatem se eicit; quod autem dixi sepe qui=
busdam Xpm ardentius amantibus haec per=
mostrata fuisse, unum e pluribus pandam.
Nam quidam praesbiter fuit religiosus valde
Plecgus nomine frequenter missarum solle nia
celebrans apud corpus sancti Nini Epi. et
confessoris, qui cum digno moderamine sanctam

Xpo

Xpo propitio duceret vitam, cepit omnipotentem
Deum piis pulsare precibus, ut sibi monstraret
naturam corporis Xpi, et sanguinis. Itaque
non ex infidelitate pascebat, ut assolet, sed
ex pietate mentis, ista petivit. Fuerat enim a
pueritia divinis imbutus legibus, et propter
amorem superni regis olim patriae fines,
et dulcia liquerat arva; ut Xpi mysteria exul
sedule disceret. Id circo cuius amore magis ac=
census, quotidie pretiosa munera offerens
pascebat sibi monstrari, quae foret species la=
titans sub firma panis ac vini. Non quia
de Xpi corpore dubius esset, sed quia vel sic Xpm
cernere vellet, quem nemo mortalium iam sup
astra levatum in terris iam possim conspicere pot.

Venerat ergo dies, ut idem celebrans pie missarum
solennia, more solito procubuit genibus, Te deprae=
cor inquit omnipotens Deus pande mihi exiguo
in hoc mysterio naturam corporis xpi; ut mihi
liceat eum conspicere pnem corporeo uisu, et
forma pueri, quem olim sinus Virginis matris
tulit uagientem, nunc manibus contrectare. qui
dum talia praecaretur Angelus de caelo ueniens
affatur, surge, inquit propere, si xpm uidere pla=
cet, adest pns corporeo uestitus amictu, quem sacra
puerpera gessit, Tunc uenerabilis praesbiter
pauidus, ab humo uultum erigens uidit super
aram sumi pris unigenitum, incarnatum puerum
Iesum, quem senex iustus Simeon, infantem
portare suis ulnis promeruerat. Cui Angelus
inquit

inquit, quia xpm uidere placuit, quem prius sub=
specie panis uerbis mysticis sacrare solebas, nunc
oculis inspice, attretta manibus. Tunc sacerdos
caelesti munere petus, quod mirum dictu est,
ulnis trementibus puerum accepit, et pectus
proprium xpi pectori uixit. Deinde profusus
lacrimis in amplexum dat osculum Deo, et suis
labijs praesit pia labia xpi. quibus ita exactis,
praeclara filij Dei membra restituit inuertitur
alteris, et repleuit caelesti pabulo xpi mensa.
Tunc rursus humo prostratus deprecatus est
Deum, ut dignaretur iter, idipsum corpus corpus
uertere in pristinam spem. qua expletu
oratione surgens e terra, inuenit corpus xpi
in formam remeasse priorem, uti deprecatus
fuerat. Et omira pietas Dni omnipotentis,
et dispensatio, qui ob unius desiderium, ita

se præbere dignatus est uisibilem, et non infi=
gura agni, ut alijs quibusq; sub hoc misterio,
sed in forma pueri, quatenus, et ueritas patesceret.
in ostenso, et sacerdotis desiderium impleret,
ex miraculo, nrãq; fides firmaret, ex relatu.
Verum tn̄ non prius legitur cõmunicasse corpus
pueri, et sanguinem, quam rediret in prioris
formæ speciem, ne absurdum uideretur quod
præsumpserat, et fides uberius requiratur in=
terius in eodem, quod exterius uisu conspexe=
rat. Hæc interim dixisse sufficiat, de osten=
sione carnis xpi. pro assertione ueritatis.
Cæterum si quis non credit, quod ex eo in euã=
gelio prædicatur. Prioribus inquam illis deterior
uidetur, qui sub unius speciei gustu, omnem sa=
porem, et omne delectamentum fide perceperat.

Nec.

Nec tn̄ illud nunc aliud mostratum licet quid
quid saporis ac delectamenti est interius,
sub uno eodemq; colore totum manna præ=
stiterit. Potior quippe uirtus rerum est
quam species, et fucatus color. Idcirco magis
uirtus consideranda est, q̄ color, seu sapor
exterior. quia qui uniuersis rebus uirtutem
naturæ dedit, hoc huic sacramento diuinitus
indulsit, ut sit caro, et sanguis ipsius, et quod
caro et sanguis xpi. ut Ecclesiæ contulit
hoc totum sacramentum huius mysterij compleat,
et ad immortalitatem suos immaculatos
clementer perducat, carnales quoq;, et cor=
ruptibiles, ad spiritualia, et incorruptibilia
perficiat. Propterea ergo debuit spiritualiter

celebrari, quatenus per hoc de uisibilibus,
ad inuisibilia feramur, et quod adhuc latet
fide instantius requiramus. Nihilq; du-
bitandum de spe. dum uirtus xpi. in
terius totum praestat ex misterio,
quicquid euangelium repromittit, ex=
diuinitatis oraculo.

Quibus uerbis hoc mysterium conficiatur.

Nulli dubium est, quod sicut qn in nomine pris,
et filij, et sps sancti tertio mergimur in fonte.
tunc utiq; baptizamur non in uirtute illius
et potestate, qui haec dicit, sed in uirtute xpi;
qui hoc praecepit, Ite docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine pris, et filij, et
spus sancti. sic et hoc sacramentum nō mētis,
non uerbis humanis, sed procul dubio, diuinis

efficitur

efficitur et consecratur mandatis. Creatur enim
ex aliquo ibidem, non qualiscūq;, sed noua salutis
creatura, caro, et sanguis xpi. ueluti in Baptismo
homines noua efficiuntur creatura, et corpus
xpi. Idcirco non existimandū est, quod
alterius uerbis, quod ullius meritis quod ptate
alicuius ista fiant, sed uerbo creatoris quo=
cuncta creata sunt uisibilia, et inuisibilia.
Cuius ergo potentia creata sunt prius, eius utiq;
uerbo ad melius recreantur, quia nemo creator
alicuius rei aut recreator, nisi Deus, aut creatura
nisi unus ~~unus~~ Deus catholice praedicatur. Prop=
terea ueniendum ad uerba xpi:, et credendū
est, quod in eisdem uerbis ista conficiantur.
Reliqua autem omnia quae sacerdos dicit, aut
clerus canit, nihil aliud q; laudes, et gratiarum
actiones sunt, aut certe obsecrationes, ac fidelium

VTL_04588_01_0072.jpg

postulationes, et petitiones. verba aut xpi sicut
diuina sunt, ita efficatia, ut nihil aliud pro=
ueniat, quam quod iubent, quia æterna sunt.
Cælum inquit, et terra transibunt uerba autem
mea non transibunt. sed facient omnia ad
quæ missa sunt. Quia patris non nisi unum sub=
stantiale. Et cum substantiale, ac sempiternũ
est uerbum. Unde sacerdos prius inter cætera et euã=
gelistarum uerba assũmens ait. qui pridie quam
pateretur accepit panem, in sanctas ac uenera=
biles manus suas, et eleuatis oculis in cælum, ad te
Deum prem suum omnipotentem tibi gratias agens
benedixit, fregit deditq; discipulis suis dicens.
Ecce usq; ad istum locum, uerba sunt euangelistar;
Porrò deinceps uerba sunt Dei, ptate, et oi effi=
cientia plena. Accipite, et manducate ex hoc omnes.

Hoc est

Hoc est n. corpus meum. Sed ne forte putares, quod
de uno illo tm. pane, et in illa una hora, hoc eum
esse iusserit, secutus adiungens, ait. Hoc facite
in meam cõmemorationem. Unde fatendum quod
quicquid tunc illud fuit, quod Apli. ab eo per=
ceperũt, Hoc totũ illud, istud quia id ipsum est.
Et si uelis audire quid est, Hoc est inquit corpus
meum quod pro uobis tradetur. In hoc ergo uerbo
creatur illud corpus quia diuinum uerbum est,
et omnipotentia plenum ubiq; præsens ubiq;
omnia complens. Et quod dicit hoc est corpus
meum quod pro uobis tradetur, crede ò filij, quia
ita est. qm ipse dixit, et factum dubitare non
potes. Ipe mandauit, et creatum est, Præceptũ
ergo posuit in meam cõmemorationem hoc facite,
et ideo quociens cunq; fit catholice, uerè hoc fit

quod dictum est, Hoc est corpus meum. Simili-
modo postquam cenatum est, refert sacerdos uerba
euangelistae, accipiens, et hunc praeclarum ca-
licem. Et notandum quod hunc offerimus, non
alium ut sit non aliam accipiens, in sanctas ac
uenerabiles manus suas. Item tibi gratias agens,
benedixit, et dedit discipulis suis dicens. Acci-
pite, et bibite ex eo omnes. Hic est. n. sanguis
meus, qui pro uobis effundetur. Audis ne ubique
quod ipse gratias egerit, quod benedixerit?
Et ideo licet nos gratias agamus Deo, ille est
qui pro nobis gratias agit per se, et nos tamen per
illum. Et quia per illum eius gratiarum actio
iure dicitur, sic itaque licet sacerdos benedicat,
ipse est qui benedicit, et frangit. Alioquin nisi
eius benedictio esset, nulla in ea sanctitas esset.
Unde in Exodo dicit ad Aaron, et ad filios eius. In

uocabitis

Inuocabitis ergo nomen meum super filios Israel, et ego
benedicam eos. Sacerdos ergo inuocat, sed ipse bene-
dicit, et frangit, quia nisi ille frangeret hunc
panem, parvuli omnes ieiuni remanent. Hinc quoque
propheta suspirans, quia nec dum aduenerat Christus
aiebat in lamentationibus suis. Parvuli petierunt
panem, et non erat qui frangeret eis. Et ideo
hic solus est qui frangit hunc panem, et per ma-
nus ministrorum, distribuit credentibus dicens.
Accipite, et manducate ex hoc omnes. Hic est calix
sanguis mei nouum, et aeterni testamenti. In hoc
quippe uerbo sanguis efficitur, quod antea uinum
et aqua fuerat. Efficitur ergo sanguis, sed ille utique
quem discipulis tradidit. Sanguis plane nouum, et
aeterni testamenti, quod testamentum nunquam im-
mutabitur, quia aeternum est, nunquam uetere sed nunquam
ita ministris quoque, et reliquis credentes, sicut ipse et calicem praebet, dicens, accipite,
et bibite ex hoc omnes

irritum erit. Et hoc est testamentum hereditatis
nre, per quod nobis diuina et cælestia traduntur.
Hoc igitur, et ministerium fidei. De cuius nanq;
sanguinis figura populus sanctificatus est, ue=
teris testamenti. Sed in illo sanguine umbra
erat. Hic autem ueritas, qui pro multis inquit
effundetur et multis in remissionem peccator. Nam ubi
Lucas dixit pro uobis, ubi Matheus pro multis po=
suit. Unde credendum, quod xps utrumq; dixerit.
Quia hic sanguis, et pro Aplis, et pro multis qui cre=
dituri erant, per uerbum eorum effusus est. Hic
utiq;, et non alius, neq; alicuius, sed sanguis Iesu
xpi in hoc uerbo conficitur. Viget autem hoc uerbo,
et manet. Hic est enim calix sanguinis mei, qui
pro uobis effundetur, et pro multis. Quapropter o homo
quociens cunq; bibis hunc calicem, aut manducas
hunc panem, non alium sanguinem te putes bibere

q3

q3 qui pro te et pro omnibus effusus est, in remis=
sionem peccatorum, neq; aliam carnem, q3 qua pro=
te, et pro omnibus tradita est, et pependit in
cruce, quia sic ueritas testatur. Hoc est corpus
meum, quod pro uobis tradetur: et de calice.
Hic est n. calix meus, qui pro uobis effundetur
in remissionem peccatorum. Unde sicut tunc
in remissionem fusus est peccatorum, et tradi=
tus, ita adhuc hodie in remissionem comedit,
et potatur delictorum, ut quia in terris sine
quotidianis leuibusq; delictis non uiuitur, (ut
præmisi) tali esca, et potu refecti, sine macula,
et ruga inueniamur. Et non solum hoc, sed et
omni benedictione cælesti, qua in illis est reple=
amur. Ac per hoc unum corpus cum illo, et in illo
maneamus, ubi xps caput, et nos omnes membra
censeamur.

Utrum hoc Corpus post consecrationem,
panis iure queat uocari.

Quod panis, et quam uis uera caro sit hoc
mysterium possit nominari probat Aplus.
ubi dicit probet autem se homo, et sic de pane
illo edat, et de calice bibat, quia xpi. caro,
et uera caro, et tn. panis uiuus qui de cælo de=
scendit fore catholice prædicatur. Caro quidem
prædicatur sm. gratiam, panis uerò sm. effici=
entiam, quia sicut hic panis terrenus uitam
subministrat temporalem, ita ille cælestis uitam
præstat æternam, et cælestem, quia uita est
sempiterna. Denique et sanguis. hic sm. efficien=
tiam, simili modo uinum typice pot. uocari:
quia sicut uinum lætificat cor hominum so=
brie potatum, ita longe locupletius hoc uinum san=
guinis lætificat cor hominis interioris, et in=
ebriat

inebriat mentem amore spirituali. Unde dic=
tum est, Calix meus inebrians, quam præclarus
est, et uinum lætificat cor hominis. De quo nimirum
uino, sponsa in Canticis exultat, quod xps. in ea
suam ordinauit caritatem. Cæterum sm. præmis=
sam doctrinæ ueritatem, nihil aliud quam caro xpi;
et sanguis uerè creditur, quæ non sapore carnis,
sed spali. dulcedine degustant, et fideiractio=
ne intelliguntur.

Utrum plus ex eo habeat, qui plus aut
qui minus acceperit.

Si n. figura istius sacramenti in manna cælesti præ=
cessit uerè et huius rei ractio exinde apertè mo=
stratur quod dicitur, qui plus collegerat, non ha=
buit amplius, neque qui minus parauerat, inuenit
minus. Non est n. quantitas uisibilis, in hoc exi=

stimanda mysterio, sed uirtus sacri spatis sicut
nec quantitas hominis, xpi mentienda in corpo=
re, sed uirtus in eo diuinitatis consideranda. Nam
plus retulit mulier illa in euangelio, quae fibriam
uestimenti eius tetigit, quam turba quae totum
corpus praestet quia plus eum mente concepit,
et fide credidit Idcirco cogitandum est a nobis
non quantum dente praemit, sed quantum fide
et dilectione capitur. Non enim recte caro xpi.
sine diuinitate sumitur nec diuinitas sine car=
ne praestatur. Vnde in euangelio, regnum cae=
lorum simile dicitur, Thesauro ascondito in agro,
quem qui inuenit homo, uadit, et uendit omnia
quae habet, et emit agrum illum quia nec ager,
corpus V3. xpi. sine Thesauro diuinitatis, nec
thesaurus diuinitatis sine agro carnis iure

comparat.

comparatur. quique bene in agro thesaurus abscon=
sus dr. quia in carne xpi. diuinitas corporaliter
habitans, et in hoc mysterio, ab aspectu oculorum,
ne caro uideatur, subtrahitur. ut fides auidius que=
ratur, quaesita uerius inueniatur, inuenta, uero
carius habeatur, et habita desiderabilius fruatur,
quia in xpo omnis plenitudo corporaliter inha=
bitat, sine dubio diuinitatis Idcirco necesse est
qui corpus eius comederit, de plenitudine di=
uinitatis illius fide percipiat. Vnde sanctus
euangelista, et nos, inquit, omnes de plenitudine
eius accepimus. Alioquin nisi de plenitudine
prius accipias, nec admodicum carnis peruenire
potes, quia non thesaurus propter agrum; sed ager
emitur propter Thesaurum, et ideo fili, hoc misterium

dum cōmunicas, dilata sinum mentis tuae emūda
conscientiam, et percipe non quantum mica
exhibet, sed quantum fides capit, quia in xpo.
plenitudo diuinitatis manet, Inte aut de ple=
nitudine non quāta est, sed quātum ido=
neus fueris praestatur. Cur hoc

Cur hoc mysterium ante passionem
discipulis traditur.

Ante passionem aut hoc sacramentum ideo ce=
lebratum est, ut de legali pascha continuo quia
umbra erat remouenda, ueritas claresceret. Nunq;
enim umbra potest desiderare nisi radiante
luce, Illud uero xps nouerat, quod, et boni digne
et mali indigne, licet praesumptiue accepturi
essent, Vnde uoluit forma cunctis dare cōmuni
cantibus, quid boni, quidue mali percipiāt, et ideo

et ideo

et ideo Iudas in figura omnium malorum ad per=
cipiendum admittitur. Nam si post resurrectio=
nem fieret, iam iudas cum sanctis Aplis cōmu=
nicare non posset, quia iuditio aeterno iam dam=
natus erat, nam per hoc aut mysterium passio
Dni, et mors praedicanda erat, et ideo magis
congruit, in ipso passionis articulo, hoc tradere,
quam post resurrectionem, quia ad hoc immo=
latus est agnus, ut nos eius carnem cōmeda=
mus. Vnde Paulus, Pascha nostrum immolatus
est xps Itaq; epulemur. caterum ipse transiebat
iam de hoc saeculo ad patrem, idem de hac morta=
litate ad immortalitatem, fecit ad hue mortalis,
quod nos post eum, et in illo facturi eramus simili
modo mortales, quatenus tali nos refecti pabulo,
et inebrietati poculo faciamus pro illo securi de=

immortalitate, qui ille pro nobis prior fecit morta=
liter, ad hoc, quippe immortalitatis praestitit alimo=
niam, ut mortem non timeamus, at vero quod
ultimum est, si post ressurrectionem hoc dedisset
dicturi essent haeretici, quod incorruptibilis iam
xps, et in caelo positus, non posset eius caro inter=
ris a fidelibus vocari. Nunc vero quod integer,
et incorruptus manet, dicemus contra eos, quod
in morte eius ista percipimus, ut usq; ad finem
seculi omnes inde pascamur et tn quod semina=
tum est, resurget incorruptum. Ob hoc ergo gra=
num frumenti in terram cecidit, ut multum fructu
afferret. Si enim hoc ille seminibus concessit,
multo magis id sibi praestitit, ut et ipsum maneat
incorruptu, et deinceps multam alimoniam ~~morta~~
immortalitatis

immortalitatis praebeat ex sua fructificatione
credentibus. Unde quali ille resurrexit, talia
sunt, et haec semina immortalitatis, quae immor=
tales faciunt digne percipientes. Et ideo quo=
tiens ista comedimus, morte dni annunciamus,
quia de morte ista immortalia meruimus, donec
ipse veniat vivus, et immortalis, et cum eo, et, et
nos tali diu longeq; refecti immortalitatis cibo per=
eum immortales regnemus.

Ut quid in sanguine xpi fragmen
corporis admisceatur.

Patet sensus quod iam caro frangitur, quia sanguis
est in calice, quod de latere manavit, et ideoq;
recte caro sanguini sociatur, quia nec caro sine
sanguine, nec sanguis utiq; sine carne iure co=
municatur. Totus enim homo, qui ex duabus

constat substantijs redimitur, et ideo carne xpi.
simul ac sanguine saginat. Denique non sicut quidam
volunt, anima sola hoc mistorio pascitur, quia non
sola redimitur mortem xpi; et saluatur, verum
etiam, et caro nra per hæc ad immortalitatem,
et incorruptionem reparatur carni quidem caro,
spiritaliter conuisceratur transformatur, ut, et,
xpi. substantia in nra carne inueniat, sicut, et
ipse nram in suam assumpsisse [illegible] constat.
Unde oramus ad Deum cum propheta dicentes,
memorare quæ mea substantia, nunquid enim
uane constituisti omnes filios hominum! quæ igitur
maior securitas hominis quam ad suam substantiam
orare, et eam in Deo uenerari, atque per unitatem
personæ fiducialiter dicere, o Deus mea substantia,
qui-

qui me constituisti, et creasti, nunquid uane me
creasti! Non utique licet uanitati subiciat omnis
homo uiuens, quia Deus creator, et uerbum
patris factum est homo. Unde constat, per hoc
quod, et nos in illo, et ille utique in nobis, dum
in carne spaliter se refudit, ut nos per hoc in in-
corruptionem transformaremur. Porro sanguis
eius, ut dixi, potatur, quatenus anima quæ in san-
guine peccati? sed in sanguine carnis, etiam uti
natura est hominis, carnem humanam quam
xps. susceperat, et uiuificauit, Idcirco recte non
caro sine sanguine communicatur, sed, ut caro ha-
beat relationem ad animam quæ in sanguine
xpi. est et anima uiuificatrix carnis per sanguinem
relationem habeat ad Deum, atque ita totus homo
sanetur. Hinc quoque Dns cum dixisset, qui manducat
carnem meam, et bibit sanguinem meam, habet

? e renouetur qa, et xpi. anima non in sanguine peccati.

uitam æternam, continuo subiecit. et ego resu=
scitabo eum in nouissimo dei, habet namq; ideo
dixit, quia mox animæ R requiescunt. Deinde
quod ad corpus pertinet, addidit. et ego resuscita=
bo eum in nouissimo die, ut sicut integer creatus
est homo, ita quoq; redemptus integre prædicetur,
ac deinde in nouissimo ad integrum reparandus
credatur. Interim tn. iustum, et pernecessarium
est, ut redemptus allat' ad incorruptionem, et
potetur ad uitam. Propterea mox saluator in=
tulit, caro mea uere est cibus, et sanguis meus
uere est potus. ac si diceret, quia generaliter homi=
nes cibo, et potu, id per maxime appetunt ut
non esuriant, neq; sitiant ne moriantur. Hoc
utiq; comunis iste non præstat cibus, et potus
sed caro mea, et sanguis immortales, et incorruptibiles

R carne soluta intrat in uitæ promptuaria ubi sanctorum animæ

facit

facit, ideo uere cibus, et uere potus nominatur.
Constat igitur, et liquet omnibus quod sicut in hac
mortali uita sine cibo, et potu non uiuitur, sic itaq;
ad illam æternam non peruenitur, nisi duobus
istis homo ad immortalitatem spiritualiter nutri=
atur; et ideo bene simul in calice redduntur, quia
de uno calice passionis xpi, hæc duo nobis ad=
uitam manarunt, sed infelix est animus, qui hoc
non satis credit, et tn. non dubitat, quod cibo et
potu uita humana substentetur; si enim in hoc
mortali cibo, tanta uis inest, ut quotidie uitam
labentem reparet, et uires restituat! quid sentien=
dum, de hoc immortali cibo, et potu, in quo uita æterna
præstatur, et immortalitas regnat. Veritas n. Deus
est, et xps ueritas, quia utiq; Deus est. Propterea
o homo si ueritas est, crede quia caro xpi, et sanguis

uita est, et ideo ueritas protestatur. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, in se manentem, manentē utiq; et non habentem, quia in hac uita nemo uiuit, nisi uiuendo habatur ad mortem. In illa uero sep in eodem statu permanendo sine defectu uiuitur. Igitur si quis sequitur uitam, tenet ueritatē, et qui ueritatem tenuerit, iam uitam habet in se manentem, quia xps est ~~uita, uia uita~~. unde, et hoc misterium, nonnunq; uiaticum appellat, quia si quis illo fruitur in uia, peruenit ad uitā, quam iam in se habet, et falsitate nulla fallitur, quia ueritate dominici corporis, et sanguinis ad uitam illustratur, et uegetatur.

Quod gnaliter nunc aie iunis misterium sacræ communionis celebretur.

Sacramentum

Sacramentum ergo fuit, quod Dns post cœnam Aplis hoc tradidit, sic enim oportebat impleri circa finem diei ad uesperam ut hora ipsa sacrificij ostenderetur iam aduenisse finem seculi. Unde Iohannes filioli nouissima hora est. Porro Apli ieiuni iam non erant, quia necesse fuit, ut Pascha illud typicum prius compleretur, deinde ad uerum pascæ sacramentum transirent, Hoc enim mysterio tunc factum est, ut et umbra finem acciperet, ueritate ostensa, et ipsi deinde ad ueram, mox transirent nouitatem, ex quo factum est, quod ieiuni corpus, et sanguinem primitus non percepere. Cæterum in ecclā omnes cum suma religione ieiuni comunicare consueuerunt. Sic enim placuit spiritu sancto per aplos ordinare ut in honore tanti misterij primitus corpus xpi, et sanguis sobrie acciperet, q; cæteri cibi. Et ideo per omnem

ecclesiam xpi. mos iste satis decenter, ac proinde
moleuit, neq; obseruandum sicut apocriphorum
monumenta decernunt, donec ea digerantur in=
corpore ne comunis cibus accipiatur, sed satis inui=
gilandum, ut antea se quisq; praeparet, et post=
acceptam gratiam, nullus indignum se reddat:
spiritualiter enim sunt haec accipienda, et non
carnaliter, licet igitur panis in carnem, et uinum
commutatur in sanguinem ueluti a natura probatur,
tamen altius consideranda sunt haec ubi non modo
caro, et sanguis xpi in nram conuertuntur carnem,
aut sanguinem, uerum nos a carnalibus eleuant,
et spirituales efficiunt. Hoc sane in nobis nutriunt,
quod ex Deo natum est, et non quod ex carne, et sanguine.
Dedit itaq; nobis xps. potestatem filios Dei fieri, uerum=
tamen non ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri,

sed

sed ex Deo nascimur, illa ergo natiuitas nra qua ex=
Deo est, utiq; spiritualis est, quia dns sps est, et ideo
hac misteria non carnalia, licet uero, et sanguis
sit, sed spiritualia iure intelliguntur. Unde
longe inferius uita nra ista temporalis, corpore isto,
et comuni alitur cibo, et potu. Longe uero excel=
sius, ac praeminentius uita illa, quae abscondita
est cum xpo in Deo, qua conformes illi, et configu=
rati sumus, illo saginatur cibo, et potu, quem in
scripturis, et de altari accipimus, et transuehit
nos ad spiritualia, ut ibi uiuamus, ex inde ubi uita
nra seruatur aeterna, ac per hoc qui sic accipit, et qui
digne acceperit habet, uitam aeternam insema=
nentem. Inuolum est ergo, sicuti in eodem apo=
cripho legitur libro in hoc misterio cogitare de ster=
core, ne comisceatur indigestione alterius cibi. De=
niq; ubi spiritualis esca, et potus sumuntur, et sps. sanc=
tus per eum in homine operatur, ut si quid in nobis

carnale adhuc est, transferatur in spm. et fiat homo
spiritualis qui comistionis habere poterit. quantu
igitur distat illa uita aeterna ab ista mortali
uita, tm. et iste cibus oro, praeeminet ab illo comuni quo=
simul nobis cum et animalia uiuunt, et ideo comunis
appellatur, quia omnium est bonorum scilicet, et
malorum, nec non, et animalium. At uero iste, non=
nisi filiorum Dei est cibus, ut inde allantur unde ui=
uunt. xpo enim uiuimus cuius, et membra sumus.
Dispensatiue, ergo satis prouisum est ut illo inter
pascamur, quatenus per hoc cum illo, et in illo unu
corpus inueniamur, uerumtn. quod ieiuni comuni=
camus, satis fit prouide, ut dum sobrietas flagrat in=
corpore dum omnis feruor carnis quiescit, et omnes
animi sensus fortius intelligentia, et discernendi ra=
ctione uiget, illo prius cibo interior noster homo in=

ebrietur

inebrietur ac potu quatenus deinceps quod praemi=
net in nobis uegetatum caelesti dulcedine, illud
regat, et gubernet quod inferius est, ne ad super=
flua, et noxia se relaxet. Dignum igitur fuit, ut
quod sublimius est maiori honore poteret, de=
inde quod inferius, et tn. necessarium ad indul=
gentiam istius uitae perciperet, prius tn. ad caele=
stia, et aeterna felicius inuitari. Haec est naq; uera,
et noua conspersio sinceritatis, et ueritatis, ut simus
azimi, sine fermento nequitiae, et malitiae. nam in
calice nihil aliud bibimus quam xpi sanguinem,
ubi, et nos per aquam ad mixtionem uniti sumus.
in pane uero nihil praeter corpus, ubi nos xpi per con=
spersionem iam membra sumus, qua nimirum conspe=
rsio, per aquam sps sancti fit, de qua xps. in euangelio.
Qui credit (inquit in me flumina de uentre eius
fluent aquae uiue. Et continuo, euangelista. Hoc

aut dicebat de spu, quem accepturi erant credentes
in eum. Haec igitur conspersio de multis granis fecit
unum corpus, corpus, inquam, sinceritatis, et veritatis,
si tn sumus a crimi, idest absq; fermento malitiae,
et nequitiae, ut digne hunc panem de hac aqua con=
spersum accipere possimus. O mira Dei omnipoten=
tis dispensatio, per quam tantis instruimur di=
sciplinis, et fruimur exemplis, si non sit mens ingrata
de tantis benefitijs, et dubia de tam immensis pro=
missis. Idcirco o homo conserva conspersionem gra=
tiae quia licet [illegible] nisi doctrina, et virtute sps.
sancti ad hanc unitatem, et conspersionem fue=
ris bene in farinam attenuatus deinde conspersus
gratia, et igne charitatis excoctus, non poteris ad=
soliditatem fidei confirmari propterea sit tibi semper
mola superior, spes promissionis, et mola inferior timor

perfectae

perfectae charitatis quibus duabus bene attenuatus,
possis gratia sps. sancti in corpore xpi uniri. Patet
igitur quod haec mistitia sint. et in Deo, filij,
sic debes ista cogitare quasi caelestia, sic conti=
gere quasi divina, sic accipere, ut salutaria, in
quibus vita aeterna repromittitur sic credere, ut
dicuntur, deinde sic vivere, ut in xpo semper
veritate, et sinceritate conspersus membrum eius
inveniaris: Quid sit quod Dns ait non bibam
ammodo de hoc genimine vitis
donec illud bibam novum
in regno patris mei.

Ex hoc ergo loco, quidam mille annorum fabulam
astruunt, quod xps. corporaliter debeat comedere vel
potare, quodusq; ad consumationem saeculi, non se fac=
turum, ut aiunt, denunciavit. Nos autem catholice
sensum ipsius Dni. requirentes, non hereticorum venias

sequamur, sed eius qui ait, accipite, et comedite ex hoc
omnes, hoc est enim corpus meum, et calicem illum
esse dicamus, de quo idem. Hic est enim calix meus
noui testamenti, qui pro multis effundetur in re=
missem peccatorum. De quo nimirum calice prophe=
ta ait, calicem salutaris accipiam, et nomen dni in
uocabo. Per calicem dni eius utique passio designa=
tur. Unde idem ad prem. Pater, inquit transfer a
me calicem istum, sb. mortis passionem ne per=
manus iudeorum fiat. Ac deinde pater, si non pot
hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas
tua. Propter quod, et mos bene inoleuit, ut sanguis xpi
nunquam in cratera, neque in alio uase quam in calice con=
secretur, ut ex inde omnibus calix passionis xpi
ad memoriam reducatur. ex quo nimirum calice
i. ex eadem morte sanguis, et per sanguinem uita

¶ sed neque in alio nõe, ut fieri solet in alijs quibusque uasis nisi semper in xpi proprietatem
liquar, uocetur

Hauritur

hauritur aeterna, quem cum bibimus, quid aliud
quam mortem dni annunciamus. idcirco necesse
est, ut unusquisque prius moriatur huic seculo
quia sicut nemo nisi sepultus, mortem recte an=
nuntiat ita ex inde nemo uitam sumit, nisi in=
nouitate uitae ambulet, et iam in xpo maneat.
Unde si uolumus ea cum xpo percipere, sursum in
caenaculum uitae ascendamus, utique in caenaculum
magnum, et stratum, quia nisi magnum sit, non
omnes capit, ascendamus ergo sursum, quia qui
deorsum iacent, non ista cum xpo; sed fel draconum
infeliciter cu Iudo, ut sint in felle amaritudinis
bibunt. Hinc quoque Paulus, ait, quae sursum sapite
non quae super terram, non enim alibi hic calix=
noui testamenti quam sursum accipitur, et quia
noui testamenti est, nisi ab innouatis, qui sunt

sine uetustate peccati, cōmunicatur. Noui aut te=
stamenti ob distinctionem ueteris dixit, de quo
Moyses cum aspergeret populum de sanguine
holocaustorum, medium aut in crateras, et mediū
effudit super altare, et ait, Hic sanguis testamēti,
quod mandauit Dns, sanguis testamenti, quia
figura erat, et umbra misterij, per quod testatus
est Dns Daturum se nobis, cuius nimirum san=
guine, populus aspersus xpianus, et medium cu=
ius per crateras refunditur. quia misticum est,
et mortale ex scripturis quod in eo percipimus
deinde medium eius super altare ppter multor
ex aurienda cōissa, unde, et salutis potum sumi=
mus, quoniam sapientiam doctrinae ex illo habemus,
et redemptionis pretium, inde pro nobis offerimus.
Ergo tunc quod ille pro nobis, semel fecisse legitur,

Hoc

Hoc nos ipso iubente quotidie facimus, nec non in Salo=
mone legimus, quod sapientia miscuerit in cra=
teram uinum suum. quod sane uinum, illa mo=
ralis intelligentia est, de qua inebriantur ani=
mae fideles. et illud quod refunditur ad altare,
quando dicitur iube perferri per manus Angeli
tui, in sublime altare tuum, in conspectu diui=
nae maiestatis tuae, Ideo fit ut sanguis xpi. Inde
pro nostris ex auriendis quotidie delictis, rursus in
pretium sumatur redemptionis, et interior homo
noster, per hoc plenius innouetur, et coniungatur
xpo. non modo in moribus, et uita, uerum etiam,
et unitate per corpus. hinc inde, ut in illius forma
inueniamur, neq; n. hic sanguis integre percipitur,
nisi moraliter mentem inebriet, et spiritualiter de al=
tari corporis xpi, ob renouationem in nos refundatur.

Vbi profectò xps. conuiuium, et conuiua quin=
etiam conuiuator noster simul esse uoluit. Per hoc
ergo quod nos eius corpus sumus, de carne, et de
ossibus eius, ille nobiscum illud bibit nouum in re=
gno pris quia sanguis est nouitestamenti. Nos-
uero quia corpus eius sumus, et illi in nobis, ut
corpus regnat, regnum pris iure uocamur, in quo
nimirum xps iam illud bibit nouum quotiens
fideles infra Ecclam, istud digne percipiuntur, si=
cut n. patitur in suis, et exurit, et sitit, et uestitur,
ac suscipitur sic quoq; bibit illud nouum in regno
patris i. in Ecclesia. quotiens eum digne sui aut co=
medimus, aut potamus. Nam de uinea illa quae fecit
Labruscas, felle amaritudinis potatur, quod est
calix

calix passionis. caeterum in regno adoptionis de ge=
nimine uitis nouae bibit, et uinea sorech, quae inter=
praetatur electa rubentia n. musta in eo prello,
crucis eliquantur, dum quotidie xpi sanguinem
eo sumimus de altari. Idcirco quotiens cumq; no=
uum hoc uinum bibimus in regno Dei, xps illud
se bibere fatetur, cuius nos membra sumus, qui
bibimus. Hinc ergo conuiuium dicitur nostrum,
quia pasca nostrum immolatus est xps. comune
uero quia cum illo epulamur transformati in=
nouitatem quia corpus eius sumus ex quo se in
regno pris illud nouum bibere testatur. Alioquin
eum in hoc regno futuro, hunc potum corporeo
gustu, et hanc escam non recte bibiturum uel
percepturum credimus, sed sicut ipse praeceptor,
et auctor salutis instituit, ex quo enim renouati

sunt Apli sancti, per aduentum Sps sancti de cælis
inebriati musto caritatis, ex eo sane credimus hunc
calicem in Eccla consecratum qm ille Sps veritatis
quo renouati sunt ex vetustate introduxerat eos
in omnem veritatem, et confirmauerat in plenitu=
dine doctrinæ Profecto iam consecretur sicuti
à Xpo, ita sane ab eis, et deinceps in nouitate
Sps consecratur. Aliter autem meus cibus est,
ut faciam, inquit Dns voluntatem eius qui misit
me, et impleam eius opus. ergo dum facimus vo=
luntatem patris, et impletur à nobis opus cari=
tatis Xps utiq nobiscum bibit in regno Eccla
suæ sanguinem suum, quia ille caput, et nos
membra sumus. Hunc itaq cibum Iacob Patriarca
esuriebat dicens si Dns fuerit mecum, et dederit
mihi panem ad edendum, et vestimentum ad

induendum

induendum quot quot ergo in Xpo baptizantur,
Xpm induunt, et panem angelorum comedunt.
in quo nimirum misterio benedixit Isaac eiusdem
filium suum Iacob, quasi nulla esset alia bene--
dictio quam frumenti, et vini, scilicet in pane carnis
Xpi, et in potu sanguis, quæ de agro corporis eius,
nobis quotidie, per officium sacerdotis maturescunt,
et comedimus. Hinc quoq ait idem,
det tibi Dns de rore cæli, et de pinguedine
terræ abundantiam frumenti et vini. In rore
quidem cæli, quia hæc misteria in diuinitatis
ope conficiuntur, in pinguedine vero terræ quia
caro Xpi de virgine orta creditur. Ibi procul
dubio xpianis plenissime præstatur abundantia
panis, et vini in quibus sine dubio vita fruit
Angelorum. Ne igitur charissime filij, ista par=

paruipendas ubi tanta uitae redolent sacra; ha=
bes, quia à longe tantus Patriarcha sensit in=
filio flagrantia huius mysterij, ait enim ecce
odor filij mei, sicut odor agni, pleni, cui benedixit
dns. Quia profecto in isto agro corporis xpi,
thesaurus asconditus, uernat floribus immar=
cesibilibus, et redolet suauitate odoris, quem qui
inuenit homo, uadit, et uendit oia, quae habet, et
emit agrum illum, ubi thesauri omnes sapientiae,
atq; scientiae contemplantur. De quo sane agro,
panis uitae, ac potus .i. caro, et sanguis Dni. cre=
dentibus quotidie exuberat, et à fidelibus me=
tietur, in quo utiq; uersus Iacob benedicitur,
et Dns frum suorum constituitur quia nimirum
sine illo, nulla rerum alia proficit benedictio,
Vnde beatus idem Isaac, seruas, cum ei ad bene
dicendum

dicendum Esau maior filius tardior esset bene
dictione iam fratri indulta, ait uenit germa=
nus tuus fraudolenter, ac deinde frumento, et
uino stabilivi eum. quod est aperte dicere
firmaui cum pane corporis xpi, et uino sanguinis
in quibus illa aeterna manet abundantia.
tibi autem filij ultra quid faciam. quid igitur,
tantus, et talis Dei cultor, si nihil inuenit filio
ultra quid praeberet nisi eadem uotis imploraret.
Putas ne (quod absit) si fueris indignus tantae gra=
tiae ullis quod polleat bonis ultra quam nihil
amplius in hac uita praestatur, aut forte ideo par
uipendes, quia in ore tibi non sapit, quod in spu Dei,
ille longe praesenserat in eo, et frui desiderabatur.
sed et hoc licet in spe refectus olim Abraam fue=
rat, et ideo benedictus Deo excelso, dictus est:

qua deniq; benedictione post eum Deus etiam
Isaac perfuderat, Propterea, et ipse filium suum
Iacob eisdem ditabat bonis, et prophetali eloquio
implorabat, quod omnibus erat repromissum. Magnu
igitur bonum est, et suma benedictionis arcanu
in hoc mistice xpi ecclie separatur, ubi etiam ipse
est, et xps est conuiuia deliciarum, et conuiuium.
De hoc quippe repromisso bono Zacharias olim ad=
mirans ait. Et quid bonum eius est, et quid=
pulcrum, nisi frumentum electorum, et uinum
germinans uirgines ubi notandum, quod non nisi
electorum est isti cibis ex quo bonum est salutis
ecclie; et pulcritudo decoris praestatur quae si=
quotidie sordescit, ex inde reparatur ut sponsa xpi
sine macula, et ruga, talibus inueniat respersa
muneribus. Alioquin dum quotidie peccamus,
licet in minimis, quomodo sine macula esse possumus!

Non

Non est ergo immaculata, quam neui obscenitas de=
decorat sed quia per hoc purgatur, iugiter pul=
crum est eius corpus ex quo iam speciosa perlaua=
crum, amplius pulcrescit, ut candore lilij, et rubore
sanguinis in hoc misterio decoretur, et bonum quippe
ut ad uitam aeternam proficiamus pulcrum uero dum
immortalitatis gloria uestimur, ut et interius fruamur
uitae dulcedine, et exterius fulgeamus nitidius
de tanti benefitij gratia. et uinum, inquit ger=
minans uirgines. felix fructus ubertatis, ex quo
diuinitas (i. diuinitus) uirginitas germinatur.
Nam in hoc nri germinis uiri castitas corrumpit.
ab isto uero uirgines procreantur. et ideo iure ois
ecclia xpi uirgo nominatur, quia isto repleta uino,
nullum praeter xpm amare nouit, nullum esurire
alium, nullum sitire, qm sumu eius bonum xps est,

et suma pulcritudo, uestis illa contexta desuper
exuellere Agni, quae nuptialis alibi appellatur,
sed, et caritatis uino ebria iure omnis anima,
quae xpi. potatur sanguine, uirgo dicitur. Habes
igitur charissime sanctorum bonum uita quod
nullum est aliud. Habes pulcrum uenustatis
quo tuae infantiae abluas feditatis. exerce te
~~te~~ in castitate qm hic sanguis nihil magis dili=
git, quam in xpo. uirgines. Virgines inquam,
sb. prudentes, et pudicas, quia sunt, et fatuae,
intus in animo non habentes oleum secum sps.
sancti, quem profecto siquis non habuerit, hic non
est xpi. na neq frumentum carnis uino conficit
sanguis, neq caro aut sanguis sine oleo sps. sancti
proficit nobis imo magis officit. Ideo quisquis neq

uult

uult recte comunicare, sic uiuat necesse est, ut semper
templum sps sancti esse queat, quia siquis tem=
plum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Hinc
Paulus ait, Nolite contristare spm sanctum in
quo signati estis, quia nulla sine illo gratia xpi.
habetur. Propterea, et Iohel cum penitentibus
ueniam promitteret, respondit, dns inquit, et dixit
populo suo. ecce ego mitto uobis frumentum, et uinu,
et oleum, et replebimini in eo. in eo utiq replebi=
mini, licet tria repromisserit, quia caro, et sanguis
per eumdem spm sanctum consecratur. alioquin
malo, nec caro nec sanguis, sed iuditium quod
percipit, quia sine donante spu, nullum male
praesumentibus donum ex Deo praestatur. Nam
idem sps. donum dicitur, et si septem ipsius dona
dicantur, quibus xps. et Ecclesia repletur, sed ad=

plenum hæc omnia donorum possidet, ecclesia uero per=
partes, indiuidue sicut eidem placuerit, qui se di=
uidit in singulis, et impartitur omnibus. In eo tn.
diuinitus adimpletur, quia sine illo anima cuiusq;
uacua inuenitur, ideo hunc semper oremus, hunc
desideremus iugiter, ut eius repleatur bonis desi=
derium nostrum, et semper ab illo renouetur sicut
aquilæ iuuentus nra. liquet ergo quod sine illo
nihil est quod habetur, nihil quod percipitur,
eo quod omnia dona uirtutum, hoc uno claudunt.
Idcirco si uolumus cælestibus ditari bonis donum
patris ac filij. quod ab eis consubstantialiter pro=
cedit, et coæternum ardenti animo petamus, ut
per eum charitas in cordibus refundatur nris. atq;
in ipso renascentes, quotidie ad uitam sanctificemur
quia quos ille sanctificauerit suiroris aspersione,

eos

eos profecto prem, et filium inhabitare credimus.
Hinc idem filius ait. ego et pater, ad eum ue=
niemus, et mansionem apud eum faciemus;
non quasi prætermisso spu sancto, sed si gnan=
ter insinuans, quod ad eos tantum patet, et
ipse ueniat, quos idem sua prouentu aspira=
tionis sanctificauerit spus sanctus licet in
omnibus sibi semper cooperatrix sit tota tri=
nitas. qua de causa, sicut nihil in hac uita
felicius bno xpiano, ita nihil illo periculosius,
si desinens à tanta gratia fiat membrum
meretricis, et ideo charme castum te custodi, quia
hoc munus quo uirgines generantur nimirum
non modo carnis luxuriam, uerum, et mentis
execratur desidiam, et omne quod est, unde ex=
terior homo noster maculari possit. quo uelim
quia ordinate Deo, iam sacris assistis altaribus,

VTL_04588_01_0093.jpg

Laua inter innocentes, non cum Pilato manus
quia nulla excusatio prodest, ubi testis est
conscientia iudex, et si probaueris te primum,
tum de pane illo ede, et de calice securus bibe.
Sin autem da honorem dno, et corrige quanto citius
penitudine cordis maculam erroris. si quomodo
ualeas demum xpi. altaria circumdare pijs
amplexibus, et ad sancta sanctorum mente
pura deuotione introire. Alioquin grauius est
in sordibus, ad huc sordescere, et ad illicita Dei
misteria contempto Deo impudenter accedere.
Haec igitur ad tui cautelam dixerim filij carissime
quia noui plerosq; qui ueluti sues immunde sub-
obtemptu penitentiae redeunt ad uolutabra
uitiorum tanto proclivius, quanto facilius, ad-
haec sine preiuditio reatus sui accedunt, pedibus

ista

ista calcare quia enim semel eos Dei patientia su-
stinuit, dum indigni uitae misteria temera-
rent, ulterius ea quae dicimus, uera nolunt
credere. Verrentur enim magis coram hu-
manis obtutibus suam uerecundiam portare
quam coram maiestate diuina, et omni sup-
norum praesentia temeritatis incurrere of-
fensam quibus profecto cordis induratio cum
nec se corrigunt, nec Dei uisitant, pietatis uerbere,
iam pena est pecti. contemptus superbiae. sed
Dns qui eos continue non punit ut praetulimus
nunquid hoc non curat aut ita tenus inultas
obliuiscitur; Nequaq; hoc dixerim praesertim
cum idem uideat, et ad iracundiam exinde amplius
cogitetur eo, quod prouocet eum filij sui, et filiae
in iram, quos angelorum sociauerat gratis ad

mensam, hinc quoque est quod sequitur, abscondam
faciem meam ab eis, et considerabo nouissima
eorum. propter quod si tales interdum pro=
ponunt ad horam in melius conuerti cum su=
ma deliberatione mentis, sed iterum tenta=
tionis impetu in peius ruunt. Idcirco si uis
saluari, et his ad uitam frui, uelim sic te agas,
ut Deum praesentem semper ubique intelligas.
et sic coram ipso uerseris ut in nullo maiesta=
tis eius oculos offendas, quod si quis se pu=
tat ab eo uspiam delitescere nouerit eum om=
nino quod offensum, non effugiat. qui ubique
uirtute pollet, sed apud eum omnia recondita
quae gessit, et signata in thesauris eius inueniet.

Utrum aliqua differentia sit in hoc
misterio iusto, et penitenti reconciliato.

Patet igitur ex lege diuina, licet xps. immolet
agnus

agnus in Eccla. quod pro differentia meritorum,
haec praemia tribuantur. Unde dns in exodo cum
de pasca loqueretur. Decima inquit diemensis
huius tollat unus quisque agnum per fami=
lias, et domos suas, erit autem agnus absque ma=
cula, masculus anniculus. Iux quem ritum
tolletis, et hedum. Ubi septuaginta. erit uobis
agnus immaculatus. De agnis inquiunt,
et hedis sumetis eum, ex quo profecto liquet,
quia ob differentiam meritorum ista percipiuntur.
si quis forte agnum non potuerit paupertate uitae
assequi; i. immaculatam uitam offerre, saltem
nedum habeat, qui semper in sacrificijs propenitē=
tibus mactatur, de quo diuinae legis interpres
beatus Hieronimus ait, si iusti sumus de agni
carne uescimur quod xps in domo Eccla. dupli=
citer immolatur, si peccatores et penitentiam agimus,

nobis hædus occiditur. Non quod xps. hædus sit,
quem à sinistris stare docuit, sed pro diversitate
meritorum, unicuique aut agnus aut hædus sit.
Alioquin ex lege cum hedum simul cum agno iuberet
tolle nisi ob meritorum distinctionem. Ubi mox=
et servabitis, inquit eum, usque ad quartam decimam
diem mentis huius, immolabitque eum universa=
multitudo filiorum Israel ad vesperam. Nec tn.
aperte insinuat, si de solo agno accipiendum sit
quod de hædo iubeat, sed ex hoc uti moris est
in scripturis divinis, latenter ostendit, quod
aliud est quod perfectum perfectioribus mandavit,
aliud vero quod lapsis, et torpentibus ad indul=
gentiam providit. Id circo de solo agno, quid
agendum aperte instituit, de hædo vero quasi
volens edicere expressius reticuit, quam aliud est
quod ipse ubique vult perfectius, aliud aut quod

interdum

interdum indulget. Unde, et alio loco sic de pasca
præcipitur, ut qui primo mense pasca facere non
potuerit, secundo faciat. Idest, si cum perfectis
in p.o mense, quasi in prima gratia, sine mortis
reatu, agnum edere non potuerit, saltem in secundo
mense. i. in pœnitentia reatus sui hædum indul=
gentiarum percipiat. ait enim ita, o homo qui
fuerit immundus super anima sive in via procul
in gente vra, faciat phase domino mense secundo.
Aliter aut si aut immundus, in anima non fuerit,
aut procul pro corpore ignoviæ, à templo sps sancti,
non recesserit, et phase Dno. non fecerit, extermi=
nabit anima illa de populis suis, quia omnino
nisi manducaverit carnem filij hominis, vitam
nequibit habere æternam quam sacrificium Dno.
non obtulit tempore suo, et ne putares, quod

de his forte dicens, qui sunt ex Christum addit
ingente ura, quia omnes xpiani quasi sub una
generatione reputantur. Humilius est sane
cum pænitentibus hædum q̃ cum perfectionibus,
et sanctis xpm. agnum comedere. quod bene
intelligens senior ille filius de agro reversus,
sed male contra dulcissimum prem invidia
permotus, obiurgat dicens. Tot annis servio
tibi, nuq̃ mandatum tuum præteriens, et nõ=
dedisti mihi saltem hædum, ut cum amicis
meis epularer. Et quod iuste quia profecto
creatus, mente noluit intrare intro, nec corde
repenitere. Idcirco prorsus ex omnibus bonis
paternis, nec hædum indulgentiarum meruit.
acquirere dum vitulus repænitenti filio iuniori
tenerimus immolatur, et quod gravius est con

tumaci

contumaci animo in patrem refert iniurias, quas
ille ex sua carnalitate, impenitens sibi cor con=
traxerat. Quapropter post naufragium, quæ se=
cunda tabula est, ferventi animo penitentiã
agamus. Nimirum quia melius est saltem hedũ
mistice infra convivium xpi, ubi agnus immola=
tur, xps cum fratribus æpulari dum taxat,
quia sumus rei, et noxij. quam cum iurgio contra
pium patrem insolescere, et ob invidiam dedi=
gnari, ne ad ineffabile patris gaudium saltem ro=
gati veniamus. Nec dubium quin divinitus re=
conciliati quantocius per hanc humilitatis viam.
usq̃ ad pios paternos amplexus reassenden=
tes in hoc cælesti convivio pro nobis non solũ
hædus, indulgentiarum xps. immolabitur.
Verum etiam sua benignitate agnus seu vitulus

uerbi diuinitate saginatus, pro gaudio nrae
salutis mystice mactabit, alioquin quomodo inter
agnos, quos à dextris locauit, peccator uenia
recepta, ouis centesima restituetur nisi gratia
unitus xps iam in eo unum corpus inueniat:
Veruntamen iustis fit, et peccatoribus hædus,
quatenus per hoc, et ipsi iusti constituantur, ut
nemo à carne xpi et sanguine, extraneus deputetur
nisi, qui se ipsum culpis exigentibus, abscinderit;
eur autem qualis est ordo. Nam qui non manducat
carnem xpi neq; bibit eius sanguinem proculdu=
bio nec uitam habet, nisi manentem; et quicunq;
indigne comederit, non uirtutem carnis, sed
iuditium, sibi sumit. Porro si quis peccator est,
et iam peccare desijt, licet hædus eitn. caro xpi
sacrm efficitur, ut per hoc, et ipse ad ueram innocentiam
redeat

redeat, et inter agnos à dextris cōnumeretur, illi
uero, qui semper deinceps post lauacrum pro=
tegente dno in corpore xpi manserunt, nullis
obuoluti criminibus, digne accipiunt agni car=
nes; et potant sanguine. Ver. tn., etsi ita lo=
quimur non existimandum est, quod hic,
aut ille aliud accipiat, q3 xpi carnem, et
sanguinem, quia sicut nec hædus dicitur
nisi dispensatiue ob misticam significationē,
ita nec agnus, nisi ut ille intelligatur uerus
aduenisse agnus, qui ex lege multo ciens præ=
figurabatur. Veruntamen nec mirum, si in hoc
misterio xps pro peccatoribus, quasi hædus acci=
pitur, qui in lege, q3 sæpe sub figura hircus im=
molatur. Vnde quia duabus constat substantijs duo

ex lege, hirci simul in uno loco offerri iubentur,
quorum unus pro peccatis sorte dño. mactatur,
alter uero uiuens assumitur, quem emissa=
rium lex uocat, et super eius caput omnes
iniquitates filiorum Israel confitebant. et
uniuersa delicta atq; peccata eorum impræ=
cabantur, et sic ad heremum mittebatur. portans
omnia peccata filiorum Israel in terram
solitudinis. Et quo profecto liquet, quod xps.
in similitudine carnis peccati occubuit pro=
nobis, et omnia maledicta legis, et peccata
nra. super se tulit, et ad heremum, ubi nona=
ginta, et nouem oues in deserto reliquerat,
festinus reuolauit, Non quod ille hircus aut hædus
iure credatur, sed quia pro nobis figuram carnis

peccati

peccati assumpsit, et de peccato damnauit in carne
peccatum, ut qui erant hædi ad sinistris iure
locandi, sint oues in destris clementer resti=
tuti, sic quoq; ut post lauacrum, idem qui
agnus est, uera mentis innocentia per eum
cunctis patesceret. cæterum quamuis hædus
dicatur mihi pro qualitate meriti, et obfu=
scatione delicti, tanti omnino est pretij,
pro mundi uita, quanti est, et caro xpi. nemirum
quia nihil mihi aliud q̃ caro xpi. est,
sed ideo hædus fit pœnitenti pro misterio, ut
maledicta facinorum, et peccata expiet, sic
et agnus leuiora quæq;. Hinc, et prius cani=
tur agnus Dei, q̃ comedatur quatenus fides

per hoc fidei incalescat, quod ipsius est caro
immolata pro nobis, ut tollat rursus peccata
mundi. Implet aut. hoc sacramentum, ad ex=
piationem propeccatis nris, eaq; demum dixi=
mus, si nos cessemus ab his, et ita comedimus, ut bibe=
bemur in una sancta domo, quae est sancta Dei uiui
eccla. ex qua nulli fas est, edere agni carnes.
Neq; crudum quid ex his, aut coctum aqua, sed
assas tm igni passionis xpi; cum lactucis agre=
stibus, absq; fermento corruptionis. i. in azimis
sinceritatis, et ueritatis eas comedimus. Deinde
probet se unusquisq;, et ut precipitur, sic se agat.
Renes uros, inquit accingetis, quia haec sunt
uitae semina, quibus uirgines generantur. Unde
constat, quod nulli periculosius ea contingunt

q3

q3 luxuriosi, et incesti. Propterea primum hoc
loco, et lex castitatis in rebus, quorum scrutator
est Deus, per se ipsum affigitur, Nam si qui
uxoribus debitum reddunt, in lege non
possunt ad Deum neq; ad panes propositio=
num, neq; ad ulla legis, consecrata, nisi
prius saltem biduo, uel eo amplius sancti
ficentur accedere, quanto magis si uolumus
panem illum, qui de caelo descendit, et agni
Dei carnes digne comedere necesse est,
ab omnibus peccati operibus uacare puri=
ficationemq; mentis ad eum dirigere, et
calciamenta inquit habebitis, impedibus,
ne dum sumus in uia istius saeculi, a serpente

mordiamur; et baculum in manibus de quo legitur
in Psalmo. Virga tua, et baculus tuus ipsa
me consolata sunt. Quibus ita premissis
sic ait, comedetis festinantes, est enim phase,
i. transitudo; alioquin desidia torpentes et
hic in seculi actibus remorantes, non digne
comedunt pascha. vz. carnes agni. et ideo
satis timendum talibus, ne cum Egiptijs nocte
perimantur dum sapore peccati premuntur.
Vastantur enim ab angelo, quorum mentes
agni sanguine non sunt respersi, tam exterius
in carne, quam interius in conscientia saluantur
uero lumbi succinti, et calciati pedibus, baculo
xpi. sustentati ad pram hinc, quam totius summo,
mentis ardore uel desiderio festinantes. Est
enim

enim phase. i. transitus dni. Putas ergo charme.
quod lateat Deum ullius conscientia, non
dico si criminibus est inuoluta, uerum igna=
uia si torpeat. Patet ergo, quod nisi desi=
derio celestis patria ad superna ubi xps.
est in dextera pris. fide plenissima, et
spe certa nec non caritate non ficta, fe=
stinus transeat, de agni carnibus iure
non comodat, quia legem in hoc iubentis
uiolat. Propterea quotiens ea percipimus,
attolamus mentis in desiderium, et per ar=
dorem fidei festinemus, ad tantam satie=
tatem uisionis, quia nimirum hic gustus
est, illic autem satietas. satiabor inquit
propheta, dum manifestabitur gloria. Transit

ergo Xps. de nobis in hoc saeculo ad patrem,
transeamus eo nos cum illo, quia cum illo
simul omnes, si eius membra connumeramus,
una persona, et unum corpus sumus. qui autem
adhuc resident per desidiam, super olla car=
nium, et negligentiam, non cum illo hinc
transiunt, neq; festinant ad patriam.
Idcirco nunq; Pasca rite celebrant, quia pasca
à transitu nominatur. Unde uotorum filij,
transeamus hinc festinantes, succintis men=
tibus, et calciati pedes in praeparationem
euangelij pacis, pedibus, ut ad illa ressurectionis
gaudia quam tocius peruenire ualeamus. q

BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA

Explicit feliciter de corpore, et
sanguine Dni.

Petri

VTL_04588_01_0102.jpg

KNIGHTS OF COLUMBUS FOUNDATION

FOR PRESERVING MANUSCRIPT COLLECTION OF THE VATICAN LIBRARY

END

ST. LOUIS UNIVERSITY LIBRARY

This film may not be removed from the depository. No part of this film may be reproduced without written permission from St. Louis University.

KP 23007

VTL_04588_01_0103.jpg